

Gometius, dict. cap. 11. num. 10. in vers. hodie vero. Chassane. in consuet. Burg. rubrica. 7. §. 2. gloss. si non pour, per totam, & §. 3. in princip. Didac. Couarr. in cap. Rainuntius. de testa. in princip. nu. 6. cum seq. & ibid. Guil. Bened. verb. in eodem testamento, el 2. Ludou. Molin. de Hispan. primog. libro 1. cap. 9. ex nu. 9. cum seq. Ioã. Garcia, de expen. & meliorat. cap. 20. num. 2. D. Espino, in Speculo, glossa 20. numero 55. cum seq. & sic quoad dubium excitatum, per Cuiacium, & resolutionem eiusdem, idem erit ius obseruandum isto quoq; nouiori iure attento, atque ex futuro euentu, an sublata fuerit fuitas, vel suspensa tantum, deffiniri debebit, vt inde locus sit, vel non sit decisione, d. l. nihil.

Ex capite vigesimo-tertio.

S V M M A R I V M.

- 1 **D**OS quid ex sententia Azonis.
- 2 **D**OS quid ex sententia Bartoli.
- 3 Azonis, & Bartoli contrarietas in quo consistat, & de concordia eorum, remissive.
- 4 Generum à crimine usura defendere in specie capit. salubriter, de usuris: eximium laborem apud omnes iuris interpretes fuisse.
- 5 Creditor tenetur in sortem principalem cõputare fructus ex re pignori sibi data perceptos, alioquin usuram committit.
- 6 Vbi de ratione, & materia l. 1. & 2. C. de pignoratitia actione, plenius actum, remissive.
- 7 Creditor habitans domum pignori da-

tam, tenetur in sortem debitam imputare pensionem, prout latius explicatur, remissive:

- 8 Authores nonnulli recensentur, qui de intellectu, & materia dicti cap. salubriter, tractarunt utiliter.
- 9 Authorem alijs scienter consultoque pretermisissis, insistere hoc loco dum taxat in eis interpretationibus ad dictam decretalẽ confutandis, quæ à nullo hæctenus approbatur, nec confutantur.
- 10 D. Espino ad text. in d. c. salubriter, intellectus, noue notatus, & improbat.
- 11 D. Feliciani de Solis interpretatio ad eundem text. adducitur.
- 12 Et confutatur noue, & num. seq.
- 13 Maritus an expellere possit uxorẽ à domo, & mutua cohabitatione, si dos sibi promissa non solvatur.
- 14 Vbi de sententia quorundam relata supra, num. 11. dubitatur.
- 15 Fideiussor ob periculum fideiussionis, utrum aliquid recipere valeat, & supra num. 11.
- 16 An etiam pignus possit recipere.
- 17 Fideiussor aliquid recipiens pro fideiussione, conueniri potest priusquã principalis faciat honorũ excusationẽ.
- 18 De fideiussore ad maritum equiparationem factam supra num. 11. procedere non posse, ut hic ostenditur.
- 19 Maritus fructus ex pignore sibi dato perceptos non imputat in sortem dotis, quantumuis illi, & onera matrimonij, & interesse excedant.
- 20 Cumani ad text. in dict. cap. salubriter, intellectus refertur, & numeris seq. confutatur.
- 21 Cumani, & Nauarri ad eundẽ text. intelle-

- intellectum probari per D. Barbosa-  
sam, ut hoc numero noue adnota-  
tur, & num. seq. improbatur.
- 22 Vincentij, & Iason. aduersus Cuma-  
num argumentationem, & moti-  
uum, contra eosdē concludere, quic-  
quid D. Barbosa in contrariū con-  
tendat, ut num. seq. obseruatur.
- 23 Dicti cap. salubriter decisio, an specia-  
li favore dotis procedat, specialitas  
etiam in quo cōsistat ex sentētia D.  
Barbosa, qua nu. seq. improbatur.
- 24 Cumani, Nauarri, & D. Barbosa  
interpretatio ex quibus authori dis-  
pliceat, & numeris seq.
- 25 Pactum est facti.
- 26 Facta non presumuntur, nisi probē-  
tur.
- 27 D. Barbosa ad textum in dicto cap.  
salubriter, obseruatio, & noue, &  
vere confutata.
- 28 Dict. cap. salubriter, de usuris, de-  
cisio, ut procedere possit, necessariū  
non esse tacitum, nec etiam expres-  
sum pactum contra Barbosa cū  
sententia communi.
- 29 D. Barbosa motiuum siue argumen-  
tum precipuū non cōcludere, prout  
hic adnotatur.
- 30 Expenditur noua, & singularis ratio  
aduersus Nauarrū, & Barbosa.
- 31 Maritus etiam si diues sit, & habeat  
aliūde unde uiuere, & onera ma-  
trimonij ualeat leuare, fructus pig-  
noris suos facit.
- 32 D. Barbosa sententia confutatur.
- 33 Maritus facit suos fructus rei pigno-  
ri sibi data, non ratione dāni emer-  
gentis, nec lucri cessantis contra Di-  
dac. Couar. & sequaces, cum alijs  
multis authoribus.
- 34 Et magis ex legis beneficio, & pro-  
uisione, quam ex tacita uoluntate  
socerī, contra Barbosa, atque ex  
mente Iasonis, ut nouiter hic ad-  
notatur.
- 35 Traditur uerus, & proprius intelle-  
ctus ad text. in d. cap. salubriter, &  
numer. seq.
- 36 Usura esse non potest, nisi quando da-  
tur lucrum.
- 37 Lucrū dicitur illud, quod superst de-  
ducto omni damno.
- 38 Dotales res absque matrimonio esse nō  
possunt.
- 39 Matrimonij habet onera maxima.
- 40 Quae subiturus est maritus.
- 41 Dos datur propter onera matrimo-  
nij.
- 42 Et licet respectu uxoris contineat  
titulum lucratiuum, respectu  
mariti continet titulum onero-  
sum.
- 43 Emptor sicut consequitur rem uen-  
ditam propter pretium, quod a  
suo patrimonio abest, & illud di-  
minuit, sic & maritus dotis fru-  
ctus consequitur propter onera ma-  
trimonij, quae subeunt locum pre-  
tij.
- 44 Matrimonij onera tot esse, ut uix  
fructus dotis illis ferendis suffi-  
ciant.
- 45 D. Feliciani de Solis ad textū in dict.  
capite salubriter, de usuris, cōsidera-  
tio quadam probatur, & numero  
seq.
- 46 Onera matrimonij in quibus conside-  
rentur.
- 47 D. Feliciani de Solis ad text. in cap.  
ad nostram de reb. Eccle. alien. uel  
nō alien. interpretationem authori  
non

- non placere, & conuinci, prout hic adnotatur.
- 48 Ecclesia, & minori in concessione feudalis, fructus etiam restitui, petita in integrum restitutione.
- 49 Restitutionem in integrum propter lesionem minori, & Ecclesie competentem, fieri cum fructibus, etiam sine mora.
- 50 Ad text. in cap. ad nostram, de rebus Eccles. alienand. vel non alien. plures intellectus, remissive.
- 51 D. Sahagun de Villasante, ad text. in dict. cap. ad nostram interpretatio probatur.
- 52 Et quod de mente Abbatis processisse videatur, nouiter adnotatur.
- 53 Antonij Pichardi ad eundem text. obseruationes ponderatae, & nouiter in aliquibus approbatae, in alijs veroreiectae, ut hic obseruatur.
- 54 Ioannis Marci Aquilini in eodem proposito resolutiones, eodem iure habitas.
- 55 Petri quoque Aug. Morla in ipso articulo traditiones, eodem pariter iure diiudicatas.
- 56 Iasonis verbum in hac materia, noue ponderatum, & probatum per authorem.
- 57 Maritum non imputare in sortem fructus rei sibi pignorate pro dote, & dict. cap. salubriter, decisionem, explicari, ampliari, & restringi multis modis per Surdum.
- 58 Maritus moram passus in dotis solutione, si tria concurrant, petit usuras.
- 59 Maritus recipiendo dotem simpliciter, an videatur remittere usuras dotales, plena manu explicatum per Surdum.
- 60 Dicti cap. salubriter, decisio, non habet locum in uxore, sed tantum in marito, & inde ipsa imputat in sortem fructus perceptos ex re pro dote sibi pignorata.
- 61 Interesse lucri cessantis, & damni emergentis deberi mulieri viduae moram passa, ratione dotis non soluta.
- 62 Mulier vidua, an sit alenda ab heredibus viri intra annum luctus, & post annum, remissive.
- 63 Antiqui, & neothei iuris interpretes maiori ex parte, quod assequuti non fuerint veram rationem specialitatis in marito, ad text. in d. cap. salubriter.
- Nonnullos tamen ius speciale eo in casu esse constituisse, ut hic obseruatur.
- 64 Dicti cap. salubriter, de usuris, constitutio, procedit equaliter, siue pactum adiiciatur de lucrands fructibus, siue non, & supra num. 28.
- 65 Creditor, nec etiam pacto, aut conuentione fructus pignoris suos efficit, sed illos computat in sortem principalem.
- 66 Cum alioquin usura committeretur.
- Quae iure naturali, & canonico, & utriusque testamenti pagina de testatur, iure etiam Regio punitur.
- 67 Ioannis Coppi lapsus, noue notatus.
- 68 Usura iure civili, quae permissa fuisset.
- 69 Usura legitima iure civili, ad quem numerum relata.
- 70 Et Dominici Soti in proposito resolutio confutata.
- 71 Glossa etiam sententia damnata.
- 72 Creditor tenetur computare in sortem fructus pignoris, etiam si longo tempore retinuerit illos

# Quotidian. controuerf. iuris.

- illos tanquam proprios, & nu. seq.
- 73 In fructuum computatione, vel pignoris liberatione inutilis est longi temporis transcurfus.
- 74 Possessor bonæ fidei per trienij usucapionem fructus perceptos, irrevocabiliter sibi acquirit.
- 75 In fructuum præscriptione, non modo iure pontificio, sed etiam iure civile bona fides requisita.
- 76 Creditor in pignoris fructibus bonâ fidem habere non potest, quia scit, vel scire debet pignoris natura fructus in sortem imputandos.
- 77 Cap. ad nostram, el. 1. de iure iuran. difficultas proponitur.
- 78 Et refertur assumptum communē Doctorum ex illo textu, quod compensationem obijcere non possit is, qui certam quantitatem mutuo receptam, iuravit solvere.
- 79 Adducitur etiâ alia communis in contrarium, quod compensationem obijcere possit, qui se soluturum iuravit.
- 80 Didaci Couar. ad text. in dicto cap. ad nostram, intellectus refertur.
- 81 Et nouiter, vere tamen, & concludenter confutatur.
- 82 Iacobus Mandellus de Alba, in cōsil. 228. noue notatus.
- 83 Verouim, Ancharran. & Alciatū a sequutos non fuisse veram rationem dicti cap. ad nostram.
- 84 Proponitur decretalis eiusdem vere relatio.
- 85 Et ibidem usura periculum nullum esse, vere constituitur.
- 86 Adducitur etiam vera ratio, quare ibidem debitores qui iurauerunt, cōpensatione non liberentur.
- 87 Bartoli denique ad explicationem l. solutam, & l. solutionis ff. de solut. distinctio, & concordia refertur, & probatur.
- 88 Promissio, siue obligatio soluendi pecuniam, in sola numeratione verificatur propter adiunctum verbum pecuniam.
- 89 Promissio, siue obligatio soluendi, cōpensatione, & quacunque liberatione tollitur.
- 90 M. Ant. Nata, & Ioan. Pet. Sur di obseruatio quedam probatur.
- 91 Articulum, & dubium excitatum supra ex numero 78. duplici via dilui, & explicari posse, prout hic adnotatur.
- 92 Interpretes nonnulli, qui in eodē articulo nimis in distincte loquuntur, noue & vere confutati.
- 93 Dicti cap. salubriter, de usuris, decisio, utrum procedat hodie in terminis legis Regiæ taxantis dotes, si fructus ex possessionibus pignori datis, percepti, excedant quantitatem dotis lege Regiæ taxatam, & nu. sequent.
- 94 Interesse dotis promissæ, & non solutæ, non debet computari in legitima.
- 95 Dilluitur atque resoluitur dubium excitatum numero 93. & fructus eo in casu computari non debere ad effectum considerandi excessum ultra summam lege Regiæ taxatam; noua authoris consideratione defenditur.
- 96 Expenditur etiam noue, & subtiliter l. cum debitor. ff. in quibus causis pignorib. vel Hippol. taci. contrahen.

- 97 Et communis Doctorum interpretatio ad eum text. damnatur.
- 98 Cogitatio etiam quadam Hotmani rejicitur.
- 99 Et noue & eleganter explicatur textus metipse.
- 100 Et superius dictis applicatur.
- 101 Dict. cap. salubriter, decisio non procedit, ubi socero volente soluere dotem, gener illam recipere noluerit, petieritque sibi dari pignus fructiferum, cuius fructus singulis annis percipiat, non computando illos in sortem.
- 102 Et multo magis, si dote accepta iam a dotu a genero, ille sub eodem pacto mutuet, ut quandiu illa apud socerum manet, habeat ipse pignus fructiferum, cuius fructus ita faciat suos ut non detrahantur a sorte illa mutuat.

**X** Capite salubriter, de usuris, ubi Pontificia ea constitutio, adeo vulgata, sed summe difficilis, capit. etiam ad nostram vndecimo, de rebus Ecclesie non alienandis, & capit. ad nostram septimo, de iure iurando, ita accuratè & verè explicatur, ut aliorum intellectu, quam plures, vete & nouiter conuincantur, nonnulla in proposito dicti capit. salubriter, dilucidè obseruata tradantur, & verus, atque genuinus sensus eiusdem decisionis ostendatur. Denique & inferitur ad quæstionem practicam, vtrum hodie in terminis legis Regie taxantis dotes, procedat dicti capit. salubriter, constitutio, si fructus ex possessionibus pignori datis, excedant quantita-

tem dotis à lege Regia taxatam, & quæstio metipse accuratius, & dilucidè magis, quam hactenus fuisset explicatur, & l. cum debitor, ff. in quibus caus. pignor. vel hypot. tacit. contra. singulariter expenditur & declaratur.

## Caput vigesimum tertium.

**P**ro dilucida huius c. explicatione obseruandū, atq; constituendum erit primo loco inter alias plures, eā magis probari dotis diffinitionem ab interpretibus nostris, quæ ab Azone quondam tradita fuit, in sum. C. de iure dotium. Dotē in quā esse illud, quod datur a muliere, vel eius patre marito propter onera matrimonij supportanda, & Azonē sequuti fuere Lancel. Deci. col. final. Vulgarinus num. 6. Crot. num. 65. Alciat. num. 25. Zasius nu. 14. & 21. in rubrica. ff. solut. matrim. Ioan. Corras. in l. qui liberos, nu. 39. ff. de ritu nuptiarum, & alij plures, quos congescit in vnum Pet. de Barbosa, tertia parte rubricæ, ff. solut. matrim. nu. 1. fol. 93. vbi refert aliā Bart. diffinitionem dicentis, dotem esse ius quoddam vniuersale, in se continēs, quod à muliere, vel eius patre traditur marito ab sustentanda onera matrimonij, & improbantis Azonis diffinitionē, & Bartolum sequuntur authores permulti ibidem num. 2. commemorati ab eodē Barbosa, vbi erudite (vt ad solet) ostendit, in quo consistat controuersia, siue contrarietas, quæ ex præfatis diffinitionibus inter Azonem & Bartolum considerari solet communiter, & tandē illos ad concordiam reducit, numero octauo, in versiculo, ex quibus ita præmissis. Vt cunq; tamē se res habeat, vtriusq; Azonis scilicet, & Bartoli diffinitio in idem tendit, & quod ad nostrum propositum attinet, vnum atque eundem

*dos est quod datur a muliere. l. eius patre marito propter onera matrimonij supportanda*

dotis conſtituendæ, & tradendæ, finem demonſtrat, vt ſcilicet onera matrimonij ſuſtinere valeat maritus, atque ex ea ellici poſſe videtur vera, & genuina decidendi ratio Pontificiæ cuiuſdam deciſionis, quæ ſumme difficilis reputari ſolet ab omnibus, in cap. ſalubriter, de uſuris. Nam cum Romanus Pontifex in hunc modum ſcripſiſſet: *Sanè generum ad fructus poſſeſſionũ, qua ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligata, computãdos in ſortem non credimus compellendum.* Subdit ſtatim, & pro deciſionis præfatæ ratione præcipua: *Cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda.* Et quidem apud Scribentes omnes labor eſt anxius, & eximius, generum à crimine uſuræ in ea ſpecie defendere, quatenus ipſe in ſortem non computat principalem promiſſæ dotis fructus perceptos ex poſſeſſionibus ſibi pro dote pignori datis, imò potius, atque ad eò expreſſim reſpondet Pontifex metidem, uſurarium non eſſe generum, etiam ſi præcipuos percipiat, atque retineat ſibi fructus ultra ſortem ipſam. Cum tamen, atque regulariter creditor quicumque teneatur in ſortem principalem computare fructus ex re pignori ſibi data perceptos, alioquin uſuram committat. cap. 1. & 2. capit. conqueſtus, de uſuris, cap. cum contra, de pignoribus, l. prima, & ſecunda, C. de pignoratitia actio. l. prima, C. de diſtractione pignor. ex quibus iuribus ita adnotarunt, & quã plurimis exornarunt, atque explicarunt poſt alios multos, Socin. regul. 3. Dueñ. regul. 308. Neguſan. de pignorib. 5. p. memb. 5. nu. 1. Medin. de reſtitut. fol. 133. col. 3. Didac. Per. in rubrica, tit. 2. libr. 8. ordinamenti, pagin. 17. col. 1. in princip. Olanus. in antinomia iuris, littera F. ex nu. 102. cum ſeq. Coua. in cap. quanuis pactum, 1. part. §. 4. nu. 8. de pactis in 6. & ultra relatos à Petro Cenedo, collectan. 6. ad decretales, nu. 1. Iacob. Mandel. de Alua, in conſ. 509. num. 14. Pater Ludou. Molin. in commentar. de iuſtit. & iure, tractatu 2. tom. 2. diſputatione 320. per totã. Pater Michael Sa-

lon, de iuſtitia, & iure, in ſecundam ſecundæ Diui Thomæ, quæſtione 78. articulo ſecundo, controuerſia duodecima, & 13. folio mihi 808. cum ſequentibus, ubi congerit multa in propoſito uſiliter, & huiuſce rei tres aſſignat rationes, vt ibi videri poterit. Denique & nouiſſime, atque multo poſt hæc à me ſcripta, Alexander Trentacinquius, variarum reſolutionum volumine primo, libro 3. de pignoribus, & hypoth. reſolutio. 2. ex fol. 219. ubi doctrinam ſuperiorem, quod fructus per creditorem percepti ex pignore, in ſortem computentur, ampliatur numero 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & declarat numero 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & ſubdit numer. 7. quod ſicut hæc conſuſio procedit in pignore conuenſionali, ita etiam, & in pignore prætorio, l. Titia, & ibi notat Bartol. ff. de ſolutionibus, l. is cui, §. quæri, ff. vt in poſſeſſio. legat. l. ſi is qui, §. primo, ff. de pignoribus, & Bartolus, etiam ibidem. Addiderim ego, pro utroque pignore extare, atque uirgere deciſionem, l. 2. titulo 13. partita quinta, quæ ſingularis eſt, quatenus confirmat ius commune, & inquit: *Pero que quier que eſquilme, ò desfrute deſtas coſas ſobredichas, el que las tuuere a peños, tenuto es de lo deſcontar de aquello que dio ſobre aquella coſa empeñada, ò de lo dar al ſeñor de la coſa.* Et in l. 21. eodem titul. 13. & partita quinta, in illis uerbis: *Deſcontando en la deſda los frutos que ouieſe ende cogido aquel que la tenia empeños,* & ibi: *ò el alquiler de la caſa, ſi morò en ella.* Vbi expreſſim approbari uidetur opinio gloſſæ ordinariæ, in dicta l. ſi is qui, §. primo, in uerbo, habitanda, ff. de pignoribus, Caſtrenſis, in l. prima, ad finem, C. de pignoratitia actione. Alexandri, in conſilio 141. numero ſeptimo, libro 5. uidelicet, quod creditor habitans domum pignori datã, teneatur in ſortem debitam imputare penſionem, quia creditor habitando, dicitur fructus percipere, per text. in d. §. 1. d. l. ſi is qui, & ex alijs declarauit Gregor. Lopez, in eadẽ l. 21. in uerbo: *ſi morò en ella,* vt intelligatur procedere quãdo creditor

ditor aliam domum esset conducturus, si hanc non habuisset. Alijs etiã modis declarauit Vincent. Carot. de locat. & conducto, par. 2. gradu 3. quæst. 2. per totam, fol. mihi 110.

8 Quam igitur ob causam speciale a deo ius, & singulare, atque ab alijs diuersum, vt vidimus, circa generum statutum fuerit Pontificia dict. capit. salubriter, constitutione, difficile admodum videri solet scribentibus, qui diuersimode decisionẽ eandem explicarunt, sicuti constat ex infinitis fere interpretationibus, quas & antiquiores, & recentiores iuris interpretes ad illius decretalis explicationem excogitarũt, & post ipsos antiquos Didac. Couar. var. resolutio. libr. 3. cap. 1. ex numero 3. Nauarrus, in manuali, cap. 17. numer. 213. & 273. & in capite primo, 14. quæstione 3. ex numer. 64. cum sequentib. Petrus à Nauarra, de restitutione, tomo 2. libro 3. capit. 2. ex numer. 352. Lara, in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, ex numer. 56. ff. de liberis agnoscendis. Caballinus, milleloquio 432. qui quanuis plurima inuoluat ad dicti capit. intellectum, nullum tamẽ certum, aut verum, & firmum assignat, & ultra relatos à Petro Cenedo, collectanea 14. ad decretales, numer. primo, Aluarus Valascus, consultatione 8. per totam, qui de materia eiusdem, cap. salubriter, excitat octo quæstiones præcipuas, & vtiliter, atque practice procedit, D. Espino, in Speculo, glossa rubricæ, parte 13. num. 44. Pater Ludouicus Molina, tomo 2. de iustit. & iure, tractatu 2. disputatio. 321. per totam. Mexia, de taxa panis, concl. 3. Anto. Thesau. decis. Pedemont. 43. & 45. Acchil. Pedrocha, in consil. 14. nu. 2. & 3. & 4. Petr. de Barbof. in l. 2. in princ. n. 40. & in l. de diuisione, ex nu. 1. ff. solut. matrimo. Pater Michael Salon, de iustit. & iure, controu. 14. per totam, fol. mihi 818. cum seq. D. Felicianus de Solis, in tractatu de censibus, lib. 2. c. 5. ex nu. 20. Alex. Trentacinquius, variar. resolut. tom. 1. lib. 3. de pignor. & Hyp. resolut. 2. ex nu. 13. fol. mihi 222. vbi pluribus modis limitat, atq; declarat decisionẽ eiusdem c. salubriter.

9 Et vere cum authores præfati per multos adduxerint intellectus, & antiquiorum, neotericorum etiam quorundam interpretationes retulerint, & improbauerint ad textum eundem, ego nunc alijs scienter consultoquẽ prætermisissis, in eis duntaxat insistam interpretationibus confutandis, quæ à nonnullis ex superioribus authoribus assignantur, & à nemine hæctenus approbatur, nec confutatur, in alijs verò (quoniam transcribendi vitium abhorreo) ad eosdem me retulerim. Primo autem loco se se offert D. Espino ad dictam decretalem intellectus quidam, quem ipse dicit esse verum vbi supra, glossa rubricæ, dicta parte 13. num. 44. videlicet, quod cum maritus sit adstrictus de reseruanda dote illæsa vxori, quoties matrimonium solutum fuerit, si fructus percepti ad sustinenda onera matrimonij essent deducendi in sortem, iam maritus nullum commodum, imò potius incommodum ex dote perciperet, quæ ratione, siue maritus negotiator sit, siue non, fructus ex pignore percepti, præcipui illi sunt, cum præsumendum sit, quod si dos sibi solueretur, vt fuit promissa, emeret aliquam rem, quæ posset sufficere ad onera matrimonij, & familiar supportanda. Et hæctenus Doctor Espino, qui decipitur proculdubio, dum dicit, istum intellectum verum esse, & tanquam nouum recenset eundem, aut Magistrum Dominicum Sotum ipsius authorem libro sexto, de iustitia, & iure, quæstione prima, articulo secundo, ad secundum, silentio prætermittit. Prætereà, quod immemor fuerit quam plurimorum, quæ aduersus intellectũ præfatum adnotauit D. Nauarrus, in dicto capite primo, 14. quæstion. 3. numer. 65. Pater Michael Salon, dicta controuer. 14. in versicul. loco citato, pagina mihi 821. quæ inuincibiliter, & concludenter ipsum ellidunt. Denique, quod non attringat Espino metipse rationem præcipuã Pontificiæ illius constitutionis, in versiculo, cum frequenter, quæ alio tendit, & diuerso fine, atque respectu excitari Pontificem demonstrat aperte.

# Quotidian. controuerſ. iuris.

**II** Quocirca, cum aliam quærere interpretationem necessarium fit, D. Fœlicianus de Solis, de censibus, libr. 2. dict. cap. 5. numer. 20. Quinque in primis intellectus ad dict. cap. impugnat, postmodum verò nonnullis præmissis conficiendam veram ipsius interpretationem arbitratur. Et primo loco præmittit, quod maritus quandiu sibi dos non soluitur, non tenetur vxorem alere, quoniam ea obligatio patri incumbit, imò non solum alere non teneretur maritus, sed expellere a domo vxorem iure potest, ex sententia glossæ, in l. vltima, C. ad Senatusconsultum Veleianum, per illum textum, glossæ etiam, verbo, onera, in authen. de non eligend. secun. nubem Lara, & nonnullis alijs authoribus per eundem adductis ibidem. Præmittit secundo, quod is qui subit, sibi que imponit onus & obligationem ad quam ipse non tenetur, potest percipere aliquid pro onere & obligatione illa subeunda. Ponitque exemplum in fideiussore, qui accipere potest aliquid à debitore pro ipsa fideiussione, vt frequentissimum est Doctorum placitum ex sententia eiusdem, qui Didac. Couarru. Didacû Perez, Padillam, & Valascum ita tenentes rerulit. Et ultra eum in eadem quoque sententia fuerunt Gaspar. Baetius, de decima tutori præstanda, cap. 2. num. 82. & de inope debitore, cap. 5. num. 23. Matiençus in l. prima, titulo II. libro 5. nouæ collectionis Regiæ, glossa. 8. num. finali, Doctor Spino, in Speculo, glossa rubricæ, part. 13. num. 41. Doctor Barbosa tertia parte, l. primæ, ff. soluto matrimonio, numer. 54. Pater Ludouicus Molina, de iustitia & iure, tractat. 2. disputat. 319. late Rodriguez, lib. 2. de annuis redditibus, quæsti. 12. per totam. vbi plenè, an liceat aliquid accipere pro fideiussione, & vide Ioanem Gutierrez, practicarum lib. 2. quæstio 142. Escobarem, lib. 2. computa. 16. per totam. Ex his itaque conficitur (si D. Fœliciani placitis itamus) vera interpretatio textus in dicto capite salubriter. Quod cum alendi filiam onus, quandiu dos promissa non soluitur ma-

rito, incumbat patri, maritusque subeat obligationem istam, suscipiatque in se onus alendi vxorem, potest iure optimo lucrifacere fructus ex pignore dotali, & de illis lucrifaciendis cum focero pacisci.

**12** Verum præfata interpretatio, nec vere conficitur ex præcedentibus, nec noua etiam est, quicquid aliter ipse præsenſerit, & manifeste innuit, quatenus ipsius authorem nullum recenset, imò dum ab aliorum sententijs vir equidem ingeniosus & eruditus se recedere firmat, incidit proculdubio in easdem, vel in communem, generum inquam facere suos fructus pignoris dotalis, ratione damni emergentis, aut lucri cessantis, quæ aduersus antiquos authores nonnullos, & Didac. Couarru. variarum resolutionû, libro 3. cap. 1. numero. 3. improbari solet communiter, vel incidit in eam interpretationem, quam Nauarrus tradidit, in dicto cap. 1. 14. quæstione 3. nume. 65. cum sequent. maritum facere fructus suos, tãquam necessarios ad subeunda onera matrimonij, nec ex proprijs bonis compellatur illa sustinere, ad quæ sustinenda minimè tenetur, interim dum sibi dos non soluitur. Deinde non ita certum est, quod maritus expellere possit vxorem a domo & mutua cohabitatione, si dos promissa non solvatur: nam cõtrarium, imò quod ob causam prædictam vxor expelli non possit per maritum, elegantissimè comprobauit Couarr. in 4. secunda part. cap. 7. in princ. numer. 2. & eandem sententiam tenuerunt a thores alij, quos retulit Doctor Barbosa, 3. parte, l. primæ ff. solut. matrim. nu. 55. vbi nu. 56. in hanc partem magis inclinatur, dum approbat distinctionem Syluestri in summa, verbo, dos, nu. 11. vt ibi videri potest, & respondet etiam ad textum, qui videtur probare contrarium (sed non probat) in c. per vestras, de donati. inter vir. & vxor. Ac denique Laræ distinctionem in proposito cõfutat iuridice, Stephanus Gratian. discept. forens. c. 65. n. 23. & sequè. Non etiam ita certum est, quod maritus quandiu sibi dos non soluitur, non teneatur



uxorem alere, nam etsi tenuerint ita auctores permulti, contrarium tamen, & alij tenuerunt, quod imò alereteneatur, quamuis contra socerum habeat recursum ob retardatam solutionem dotis, sicuti ex his deducitur, quæ post alios multos scripta reliquerunt Lara in dicta lege, si quis a liberis, §. si quis ex his, numero quinquagesimo tertio, & numero quinquagesimo sexto, cum sequentibus, ubi quod maritus, cui tradita dos non fuit, dotis vsuras petere potest licite. Alexander Trentacinius variarum resolutionum, tomo primo, libro tertio, titulo de actionibus, resolutione tertia, ex folio septuagesimo secundo. Barbosa, prima parte, leg. secundæ, in principio, num. 18. & 19. ff. soluto matrimonio.

15 Rursus nec vrget id, quod de fideiussore præmittit Fœlicianus metipse, tum quia dubitationem quoque continet resolutio ea, tradita supra numero 11. sicuti constat ex his quæ Carolus Molineus, Laurent. Rodolph. & D. Anton. de Padilla adnotarunt in locis relatis per Aluarum Valascum, consultatione 18. nume. 2. Barbosam etiã 4 parte, l. primæ, ff. soluto matrimonio, numero 108. Tum etiam, quia posito quod verior & communior sententia sit, quod sit licita receptio pretij pro fideiussione alterius, vt etiam in foro conscientie post Navarrũ affirmat Valascus, dict. nume. 2. & tenet Authores citati supra, dicto numero 11. longe diuersa ratio militat in eo, qui pro alio fideiubet, quam in marito, nec potest ex ea æquiparatione decisionis dicti capitis salubriter, & propositæ difficultatis solutio emanare: fideiussor namq; ob periculum illud cui se submitti patitur, præmium aliquod, siue mercedem iustè percipit, iuste què conuenit de periculi pretio, pro quo pecunia accipi potest, l. periculi pretium, ff. de nautico fœnore, nec mutuat, vt plus accipiendo, dici possit vsuram exercere, quod esset necessarium, vt conuentio esset illicita, sicuti post Navarrum Valascus metipse, dicta consultatione 18. numero 2. singu-

lariter obseruauit. Sic de iure Cæsareo licitam esse pactionem huiusmodi, probatur apertè in l. si vero non remunerandi, §. Maurus, ff. mandati, in illis verbis: *Mercedem pactus ob suam fideiussionem* & in l. hoc iure, §. Labeo, ff. de donationibus, per quem textum ita resoluit Iason in additionibus ad Porti. in principio institut. de fideiussoribus, Decius in l. si fundus, ff. de regulis iuris. Vnde & pignus accipere potest pro fideiussione l. si res, §. primo, ff. de pignoratitia actione. Periculo enim pro principali soluendi se exponit, & alijs molestijs se subijcit, vt Didacus Couarruias variarum resolutionum, libro tertio capitulo secundo, numero sexto in principio, rectè ostendit, & ultra eum Boerius, decisione 255. numero quinto, ubi dicit, quod fideiussor mercedem recipiens conueniri potest, prius quam principalis faciat bonorum excussionem. Maritus autem 17 recipiendo pignora pro dote sibi promissa, periculo alicui se non exponit, imò sibi magis consulit, & pro securitate maiori recipit illa, vt de se patet manifestè, quod si in marito consideratur onus & periculum respectu alimentorum & restitutionis dotis, sicuti in dotis restitutione, considerauit Doctor Spino, vt supra vidimus, adhuc æquiparatio eadem non rectè procedit, & scrupulus restat, nam æquiparatione præfata admissa, sequeretur inde, non posse maritum lucrifacere omnes fructus rei pignori sibi datæ, imò lucrum illud, siue fructus percepti deberent commensurari oneri aut periculo: in fideiussore namque ita statuisse interpretes nostros, ex relatis superius dicto numero vndecimo dilucide constat, & cum iudicio adnotauit Didacus Couarruias libro tertio, dicto capite secundo, numero sexto. Maritus autem indistinctè fructus omnes pignoris sibi retinet, nec computat illos, etiam si excedant onera matrimonij & interesse, cum non habeatur consideratio verisimilis æqualitatis damni emergentis, aut lucri cessantis, siue certæ fru-

# Quotidian. controuerſ. iuris.

ctuum quãtitatis, vt expreſſim adeò in-  
nuit Romanus Pontifex in eodem capi-  
te ſalubriter, in verſiculo cum frequen-  
ter, ſed principaliter perpendatur id  
quod frequentius accidit, dotis inquam  
fructus non ſufficere ad onera matrimo-  
nij ſupportanda. Vndè etſi pauciores  
ſint fructus dotis, quam matrimonij one-  
ra, nihilominus tenetur maritus ſuppor-  
tare, l. ſi filia. ff. familiae hærciſcundæ, &  
cum Medina, Adriano, & Couarruias,  
reſoluit Aluarus Valaſcus, conſultatio-  
ne octaua, numero tertio, tenent etiam  
relati per Barboſam, cuius ſtatim ſpeci-  
ficam faciam mentionem. Eleganter pa-  
ter Michael Salon, de iuſtitia & iure, di-  
cta controuerſia 14. folio mihi 825. in  
verſiculo, ſed hæc ratio duplici nomi-  
ne. Vides ergo Romanum Pontificem,  
alia equidem adductum, atque principa-  
liter excitatum ratione, non illa pericu-  
li, quam Doctor etiam Spino, & alij au-  
thores permulti, non modo Fœlicianus  
metiſe, in propoſito perpendunt præ-  
cipuè.

20 Vndè Cumanus in l. de diuiſione, nu-  
mero ſecundo, ff. ſoluto matrimonio,  
aliter explicat textum eundem in dicto  
capite ſalubriter, & ideò arbitratur, ma-  
ritum lucri ſibi facere omnes fructus in-  
diſtincte in ea ſpecie, quod interuenerit  
pactum de lucrandis fructibus, & in ſor-  
tem principalem non imputandis, quod  
pactum admittitur fauore dotis, quam-  
uis extra cauſam dotis non admittere-  
tur, tanquam uſuram inducens: quem in-  
21 tellectum exiſtimat verum, & ſequitur  
eum Doctor Barboſa, in eadem l. de di-  
uiſione, numero primo in fine, & nume-  
ro ſecundo, folio mihi 807. vbi latius  
proſequitur, & declarat & in effectu cõ-  
iungit Cumani & Nauarri interpretatio-  
nem, ex quibus vnã conficit, eamque  
22 retinet reſolutiue, & inquit, Cumani in-  
terpretationi prædictæ non obſtare ar-  
gumentum ſiue motiuum Vincentij &  
Jaſonis, numero ſecundo, in dicta l. de  
diuiſione, dicentium, diuinatorium vi-  
deri, in ſpecie dicti capitis ſalubriter,  
prædictum pactum interueniſſe, cum de

eo in litera nulla mentio fiat: quia reſpõ-  
dendum eſt (vt ipſe Barboſa exiſtimat)  
ipſummet pactum ex ſubiecta materia  
dotis ſemper tacite cenſeri interueniſ-  
ſe, nam cum dos detur, vt ſit patrimo-  
nium mulieris, l. tertia, §. ſed vtrum, in fi-  
ne, ff. de minoribus, l. Pomponius Phila-  
delphus, ff. familiae hærciſcundæ. Et cum  
ea intentione, vt illa ſeruetur & custo-  
diatur, nec conſummatur, l. vbi adhuc,  
C. de iure dotium. Ex illiusque fructibus  
onera matrimonij ſuſtineantur, qui do-  
tem promittit, tacite prædictos fructus  
marito videtur concedere, & conſe-  
quenter qui dat fructus pro ſecuritate  
huiusmodi obligationis, tacite videtur  
velle, vt lucretur maritus fructus per-  
ceptos ex pignore dato pro ſecuritate  
dotis, & ſic cedant in ſolutionem illius  
tacitæ promiſſionis, quam videtur feciſ-  
ſe ille, qui dotem promiſſit. Quod ne-  
ceſſario dicendum proteſtatur ipſe Bar-  
boſa, ſiquidem in dicto capite ſalubri-  
ter, pro conſtanti præſupponitur, illos  
fructus factos fuiſſe mariti, cum aliàs ſi  
pactum ſaltem tacitum non interueniſ-  
ſet de lucrandis fructibus, maritus fru-  
ctus perceptos ex re aliena ſuos non fa-  
ceret.

23 Inquit deinde idemmet Barboſa,  
quod ex ſuperioribus deduci debet ve-  
ra reſolutio ad eam Doctorum contro-  
uerſiam, vtrum decifio dicti capitis ſa-  
lubriter, fauore dotis ſpeciali procedat,  
in qua variæ extant, & contrariæ ſenten-  
tiæ, ſicuti ex his authoribus deducitur  
palam, quos ſupra numero octauo com-  
memorauimus, atque ex nonnullis relatis  
per eundem Barboſam, qui dotis ſpecia-  
litate in hoc conſiſtere arbitratur,  
quod propter ipſius naturam videatur  
ſemper interueniſſe tacitum pactum de  
lucrandis fructibus, donec dos ſoluatur.  
Quod autem huiusmodi pactum  
veleat, non procedit ex dotis fauore, ſed  
potius quia illi fructus, vel cedunt loco  
damni emergentis, vel etiam loco ſatis-  
factionis, illius tacitæ promiſſionis fru-  
ctuum, quam videtur facere ille, qui  
dotem promittit. Et hæctenus Doctor

Barbosa, qui (vt supradixi) expresse approbat Nauarri interpretationem in capite primo, 14. questione tertia, numero 72. & 73. quam etiam probabiliorem, & tenendam dixit, sed Barbosam non refert pater Michael Salon, in tractatu de iustitia & iure, controuersia 14. in versiculo, his ergo dimissis, folio mihi 826. in fine.

- 24 Verumenimvero præfata hæc interpretatio, licet grauissimorum virorum autoritate & sententia munita, nec per aliquem hæcenus confutata, placere mihi nullo pacto, nec attenda iuris ratione stricta potest, & alijs omisissis, ex eo magis displicet, quod re vera negari non possit quouis modo, Vincentij & Iasonis motiuum, siue argumentationem superius aduersus Cumanum propositam, concludenter quidem vrgere, & in dicto capite salubriter, de pacto huiusmodi vel expresso, vel tacite subintellecto,
- 25 nullum verbum præmissum, nec habitum, quo id dici potuerit, & cum pactum sit facti, l. si vnus, §. pactus ne peteret. ff. de pactis, & facta non præsumantur, l. in libello, §. factæ. ff. de captiui. & postlimin. reuers. non debemus præsumere, quod in illo textu fuerit factum
- 26 pactum. Nec satisfacit eiusdem D. Barbosæ solutio illa, quod saltem tacitum pactum censeatur interuenisse, cum etiam tacitum præsumi non debeat, nec verisimiliter credendum sit, quod si virtute expressi, siue taciti pacti excitatus fuisset Romanus Pontifex, vt ita decideret, id nõ expressisset, aut saltem aliquo modo id significare prætermisisset, quod sue decisionis fundamentum erat præcipuum. Deinde, longe diuersum est dicere, *Cum frequenter dotis fructus non*
- 27 *sufficiant ad onera matrimonij supportanda.* Quod pro ratione præcipua constitutionis illius assignatur, quam subintelligere tacitum, vel expressum pactum de lucrandis fructibus, & in sortem non computandis. Quis enim suadere sibi poterit, eo loquendi modo vsurum, qui propter pactum ita statuisset, aut pacti rationem habuisse, habiturumve, qui ex ra-
- 28

tionem superiori ad fructus non computandos, expressum nec tacitum pactum necessarium fore, aperte demonstraerat, prout communis Doctorum sententia in eodem capite salubriter, intellexit, & rectissimè obseruauit Aluarus Valascus cõsultatione octaua, numero primo, quo loci post Bartolum, quem refert, expressim firmavit, dicti capituli salubriter, decisionem procedere, nec fructuum computationem fieri, etiam nulla præhabita conuentione. Imò conuentionem generare suspicionis rationem, & præsumptionem aliquando, & illicitam esse, ex his deducitur aperte, quæ ipsemet Valascus, eadem cõsultatione octaua, numero quinto per totum, scripta reliquit in illa questione, an maritus pacisci possit, dari sibi certam quantitatem quot annis, interim dum sibi dos non soluitur. Ex his etiam, quæ in eodem dubio resoluit nouissimè Alexander Trentacinquius, variarum resolutionum, tomo primo, libro tertio depignoribus, & Hippolyt. resolutione secunda, numer. 13. per totum, folio mihi 222. & 223.

29 Nec prodest dicere intellectum eundem necessarium esse, aut necessario tenendum, quia aliàs male statutum fuisset, quod gener faciat fructus suos, nec teneatur eos in sortem computare: id enim est de quo quæritur principaliter, & dubium insurgit, quare gener fructus suos faciat, nec computet: non tamen inde sequitur, dictæ decretalis decisionem ad eum intellectum necessario restringendam esse, aut aliter dillui non posse propositam difficultatem, quam si interpretatio Cumanæ admittatur. Præterea, quamuis fateamur verum esse, prædictorum Authorum assumptum, quod dos detur, vt sit patrimonium mulieris, & cum ea intentione, vt illa seruetur, & custodiatur, nec consummatur, sed ad sustinenda onera matrimonij illæsa & salua permaneat: adhuc tamen non sequitur concludens ratio decisionis ipsius, quæ indistinctè fructus omnes perceptos ex pignore marito cõcedit,

verè namque si fructus onera ipsa matrimoni excederent, & extarent, nec essent consumpti, ita quod socero restitui possent, dici non posset, dotem in aliquo diminutam esse, nec desinere esse patrimonium mulieris, imò saluam remanere ad onera matrimonij supportanda, etiam si fructus huiusmodi restituerentur, vnde a cessante ratione restitui deberent, nec maritus eos sibi retineret, & lucraretur, & nihilominus omnes fructus, etiam extantes, & onera matrimonij excedentes, sibi retinere, seu lucrificare maritum, Romanus Pontifex indistinctè voluit ibidem, & firmarunt authores relati supra, numero 19. & ex Caietano, Soto, Nauarro, & alijs, secure quoque resoluit Salon, dicta controuersia 14. in versiculo, sequitur secundo, folio 834. vbi dicit, quod maritus, etiam si diues sit, & habeat aliunde vnde viuere, & onera matrimonij valeat leuare, fructus omnes pignoris suos facit. Deniq; Barbo sametipse minus bene constituit, pactum huiusmodi tacitum; siue tacite subintellectum ab eo, non procedere dotis fauore, sed potius quia illi fructus, vel cedunt loco damni emergentis, vel etiam loco satisfactionis, illius tacite promissionis fructuum, quam videtur facere ille, qui dotem promissit. Nā quod attinet ad primum, loco damni emergentis cedere non possunt, quia sequeretur inde; quod si nullum marito damnum euenisset, non lucrum faceret ipse, nec retinere posset fructus ex pignore perceptos, cuius contrarium indicat aperte textus in dict. cap. salubriter. Indistinctè namque fructus omnes genero cōcedit, nec damni respectum aut considerationem habet, quod communis Doctorum sententia in eodem textu fatetur, & probantur a thores per multi relati supra num. 19. sequerentur etiam & alia multa absurda, quæ eandem decisionem Pontificiam non modo restringerent, sed etiam refringerent, & quæ adnotari solent aduersus authores eos, qui ratione damni emergentis, aut lucrum cessantis, lucrari generum fructus, falso existimarunt, si

cuti eosdem improbant, & non ratione damni emergentis, aut lucrum cessantis fundari constitutionem illam, rectius obseruarunt, & fructus etiam excedentes onera matrimonij, genero concesserunt aduersus Didacum Couarruiam, & alios, Aluarus Valascus, consultatione octaua, numero tertio, Doctor Felicianus de Solis, libro secundo, de censibus, dicto capite quinto, numero vigesimo, Salon dicta controuer. 14. in principio, fol. 218.

31 Similiter nec dici potest, quod fructus pignoris cedant loco satisfactionis, tacite illius promissionis fructuum, quam videtur facere ille, qui dotem promittit, nam si ad tacitam istam promissionem respectus haberetur, potius dicendum esset totum contrarium, imò satisfactionem debere esse conformem oneribus matrimonij, aut fructibus promissæ dotis correspondere, nō verò fructus omnes ita absolutè deducendos per maritum, quippe cum ille, qui dotem promissit, præsumi nō valeat, nec debeat, quod ita liberalis extiterit, vt ita liberaliter fructus omnes concesserit, & si in magna quantitate illi essent, argumento legis cum de indebito, cum vulgatis, ff. de probationibus. Maritus ergo non tam ex voluntate tacita, siue tacita promissione soceri, quam ex legis beneficio & dispositione fructus omnes suos facit in ea specie, sicuti ingeniose visus est presentire Iason in l. de diuisione, numero, 2. in fine. ff. soluto matrimonio, qui postquam intellectum Cumanum improbat totum hoc absolutæ illius fructuum acquisitionis tribuit principaliter legis beneficio, & æquitati iuris, quod sane ex dicto cap. salubriter, negari non potest, siquidem ita expressim, atque ob illam rationem, *Cum frequenter dotis fructus, &c.* Ita statutum apparet, nec ad tacitam vllam promissionem habetur respectus, sed ratio illa frequentia duntaxat attenditur respectu mariti, qua equidem attenta, illius decretalis decisio generalis est, vt generaliter procedat, non modo in filia dotata, sed etiam in extranea alia quacunque

cunque muliere, cui dos promissa fuerit, 38  
 verum namque erit, ex rebus pignori da-  
 tis, fructus omnes sibi percipere, atque  
 indistincte retinere maritum, nec posse  
 discriminis rationem vllam reddi, bene- 39  
 ficium potius, atque prouisionem text.  
 illius, sicut in genero, ita & in alio quo-  
 cunque marito procedet, quod Doctor  
 Nauarrus, in repetitione capit. primi, 14.  
 quaest. 3. nu. 72. erudite obseruat, & con-  
 tra Fortunium, & Couar. rectius defen-  
 dit Aluarus Valasc. consultatione 8. nu.  
 2. & fundamento Fortunij principali sa-  
 tisfacit concludenter, in hæredem autem  
 mariti, quicumque ille sit, sanè non pro- 40  
 cedit eiusdem capit. constitutio, nec hæ-  
 res ipse beneficio illo legis afficitur, id-  
 circo quanuis perfeueret in tenendo pos-  
 sessiones pignori datas pro dote, & fru- 41  
 ctus percipiat, tenebitur illos in sortem  
 principalem computare, quia deficit ra-  
 tio illa præcipua. Et ita adnotarunt ex-  
 pressè Abbas, & Innocentius, quaestio. 2. 42  
 Hostiensis, Ioannes Andreas, & Ioann.  
 de Lignat. in eod. cap. salubriter, & cum  
 S. Anton. & Negusantio. Alexan. Tren-  
 racinquis, variarum resolut. tom. 1. libr.  
 3. de pignoribus, & Hip. resolut. 2. num.  
 13. in princ. fol. mihi 222.

35 Qua propter superioribus interpre-  
 tationibus, & alijs pluribus reiectis, quæ  
 non conueniunt verbis, nec menti dictæ  
 decretalis, verus & proprius, atque ge-  
 nuinus intellectus eiusdem, ex verbis, &  
 ratione ibidem præfixis, petendus, atque  
 deducendus erit, nam cum usura esse nõ  
 possit, nisi quando datur lucrum, capit. 1.  
 cap. 2. cum sequentibus. capit. consuluit, &  
 per totum titulum, de usuris, capit. 1. 14.  
 quaestio. 3. & in dicto cap. salubriter, non  
 detur lucrum, cessat usura, & consequen-  
 ter recta & acuta, iuris ratione ita de- 43  
 cidit Romanus Pontifex, & eo casu fru-  
 ctus omnes indistincte concedit marito.

37 Et quod lucrum non detur, patet in huc  
 modum, quia lucrum dicitur illud, quod  
 superest deducto omni damno, l. Mutius,  
 ff. pro socio, at vero quando datur, aut  
 promittitur dos genero, vel alij marito,  
 necessarium est, quod constet matrimo-

nium, quia absque matrimonio res do-  
 tales, aut dos considerari non valent, l. 3.  
 ff. de iure dotium, l. 26. tit. 11. part. 4. &  
 latius tradit D. Barbosa, in l. de diuisione  
 in princip., ff. soluto matrimonio. Ma-  
 trimoniũ verò tot habet onera, & adeò  
 graua, vt non modo permulta illa esse  
 lex diiudicauerit, sed etiã maxima in con-  
 sideratione habuerit, l. si filia, §. 1. ff. fami-  
 liae erciscundæ, Panormitanus, in consil.  
 79. col. 2. post medium, lib. 2. Petrus Gre-  
 gorius in Syntagmate iuris, lib. 9. cap. 19.  
 & latius comprobans D. Barbosa, prima  
 parte rubricæ, ff. soluto matrimonio, nu-  
 mer. 6. fol. 6. quæ omnia onera subiturus  
 est maritus, dict. §. 1. dict. l. si filia, l. si ma-  
 ritus, eiusdem tituli, l. actione, §. final. ff.  
 pro socio, l. si is qui Sthicum, §. ibi dos, ff.  
 de iure dotium. Ideo dos ipsa, quæ datur  
 propter onera matrimonij, l. dotem, ff.  
 de Castrensi peculio, cum alijs multis  
 vulgatis. Aluarus Valascus, consult. 2.  
 num. 9. & consultatione 84. num. 2. Licet  
 respectu vxoris contineat titulum lucra-  
 tiuum, verè namque ex parte conceden-  
 tis, atque ex parte mulieris dicitur mera  
 liberalitas, & titulus lucratiuus, l. fina. C.  
 de dotis promissione, Bartolus, in l. 1. in  
 principio, in versiculo, quod videtur esse,  
 ff. pro dote, cum alijs adductis per  
 Phanutium de dote, gloss. 8. in verbo, &  
 vir lucretur. Vbi congerit multa ad re-  
 solutionem eius articuli, quando dos di-  
 catur ex titulo lucratiuo, tam ex parte  
 vxoris, quam viri. Stephanus Gratian.  
 disceptationum forensium, cap. 98. num.  
 27. & 28. tamen respectu mariti titulum  
 onerosum continet, vt ex multis adnota-  
 runt Phanutius, vbi supra, Pinelus, 3. par.  
 l. 1. C. de bonis maternis, num. 62. Ioann.  
 Matienç. in l. 5. tit. 1. gloss. 4. num. 4. &  
 in l. 1. tit. 6. gloss. 11. num. 4. lib. 5. nouæ col-  
 lectæ. regiz, idest, sicuti emptor consequi-  
 tur rem veditam propter pretium, quod  
 tradit, & à suo patrimonio abest, & illud  
 dimittit, sic & maritus consequitur do-  
 tis fructus propter onera matrimonij,  
 quæ subeunt locum pretij, ex text. singu-  
 lari (qui ita enucleari, atque accipi de-  
 bet) in l. ex promissione, ff. de obligat &  
 actio.

actio. & ita accipienda sunt ea, quæ ex Tiraquelo breuiter resoluit Barbosa, in dict. l. de diuisione, num. 12. fol. 814. ideo quâdo gener in specie dict. cap. salubriter, ex possessionibus pignori datis fructus percipit, cuiuscunque quantitatis, aut summæ illi sint, non computat eos in sortem, quia regulariter, & frequenter, idest secundum legem, quæ ad ea, quæ frequenter, aut frequentius accidunt, adaptatur, tot, & tanta, atquæ adeo graua sunt onera matrimonio annexa, quæ maritus (vt dixi) subiturus est, vt fructus dotis, iuxta ea, quæ frequentius accidunt, vix oneribus eisdem ferendis, & compensandis sufficiant, & sic illorum respectu nullum lucrum videtur consequi maritus, aut cum oneribus ita compensatur à lege, vt vsura dari nõ possit, nec etiam attendi, nisi id quod frequentius accidit, dotis inquam fructus non sufficere ad onera matrimonij supportanda (vt experientia apparet) licet aliquando accidere possit, fructus dotis sufficere ad onera matrimonij supportanda, imò & aliquando etiam onera eadem superare, quod Romanus Pontifex maxima equidem, & recta iuris ratione habuit in consideratione principaliter, vt eo magis, atquæ frequentioris euentus ratione adduceretur, atque excitaretur, nec damni emergentis, aut lucri cessantis rationi, & disquisitioni rem relinqueret, vt potest cū ita frequenter, aut frequentius accidere, sic decisionem ipsam pontificiam iustificet, vt omni ex parte, equitate inquam, & iuris ratione, eadem sit munita. Et hic est verissimus & genuinus intellectus illius decretalis, qui non aliunde quam ex ratione ibidem expressa debuit deduci, & opportunam tribuit inferendi occasionem ad nonnulla, quæ nec scripta per alium, nec alibi sic adnotata hætenus erant.

Et primo quidem infertur, intellectus quam plures interpretum iuris vtriusquæ, ideo à me non modo confutatos, sed nec etiã relatos, quod viderim eos, nec intentioni, nec etiam verbis Romani Pontificis conuenire, vt potest cum aliunde, non ex ratione illa ab eodem R. P.

principaliter considerata processerint. Deinde, in proposito facilius equidem interpretes omnes relatos supra, nume. 8. interpretationes aliorum improbasse, quam veram aliquam interpretationem assignasse, & idcirco intellectus quam plures per D. Nauarrum, Didac. Couar. D. Espino, D. Felician. de Solis, & alios, eodem numer. 8. commemoratos, recte confutari rationibus eisdem, quas ipsi excogitarunt ibidem.

45 Rursus Felicianum met ipsum, libr. 2. de censibus, dict. cap. 5. num. 20. in versiculo, adhuc etiam instauit aliquis. Recte constituisse (licet interpretationem nunc traditam non assignet) in dict. cap. salubriter, verbum illud, *onera*, non respicere solum sumptus, & expensas, quas circa uxorem, & familias facit maritus.

46 Sed etiam onera quæcunque considerabilia, & sic anxietatem, studium, & diligentiam, & laborem etiam mariti, quæ erga uxorem ipsam, & familiam gerit, quæ equidem æstimationem non recipiunt, & inde maritum fructus omnes suos facere, nec eos computare quouis modo in sortem dotis constitutæ, aut promissæ, quia non solum habetur consideratio in eo textu ad quantitatem pecuniarum siue expensarum, quæ stimari possent iuridice, sed etiã ad onera prædicta, & alia multa matrimonio annexa, quæ vix æstimationem recipiunt, addiderim ego D. Feliciani de Solis observationem veram equidem esse (vt dixi) nec excludi ex verbis illis: *Cum frequenter dotis fructus, &c.* nam & si videantur expensarum magis, & sumptuum, quam aliorum onera respicere, omnium tamen, & quarumcunque rerum onera, sub eisdem verbis comprehendi, & à Romano Pontifice præ oculis habita, vt ita decideret, verissimum equidem est, & plane ex verbis eisdem deducitur.

47 Prætereã D. eundem Felicianum, expressim existimasse, placitum prædictum corroborari, ex interpretatione quadam, quam ad text. in capite ad nostram, de rebus Ecclesie non alienandis, excogitauit olim D. Hector Rodriguez primarius

marius iuris ciuilibus professor Salmanticensis, videlicet in specie eius text. Bernardum illum rescisso contractu non restituere fructus Monasterio, quoniam cum in feudum villam accepisset, ex natura feudi ad fidelitatem, & plurima alia obsequia, & seruitia personalia tenebatur, quæ cum æstimationem non recipiant, pro labore Bernardum ipsum retinere fructus, Pontifex maximus respondit expressim.

Cæterum placitum prædictum, atque ad text. in dict. cap. salubriter, corroboracionem, Hectoris etiam Lusitani interpretationem, nec tutam, nec veram mihi videri, tum quia beneficio, atque provisione legis ius illud habendi percipiendique sibi fructus omnes, genero concessum expressim in dict. capit. salubriter, ob peculiarem illam rationem supra assignatam, vassallo similiter iure aliquo concessum, nulibi equidem apparet aperte: tum etiam, quia verum non est dicere, Innocentium tertium, dicti cap. auctorè, in seruitio, aut labore ordinario fundari duntaxat, siue ordinaria seruitia feudatarij adeo habuisse, atque æstimasse, ut ex eisdem fructus omnes Bernardo relinqueret, qui ex natura feudi ad ea tenere eundem sciebat, nec alia etiam perpèdisse, quæ magis ipsum Pontificem excitarunt, nec sola ipsa feudatarij ordinaria onera, & seruitia mouissent. Quod ex verbis eiusdem text. deprehenditur, nec inde potest placitum illud generaliter ita deduci, ut propter onera & seruitia feudo annexa, fructus omnes sibi retineat feudatarius, si alia non interuenissent, quibus eo in text. Pontifex ipse fuerat adductus. Eo maximè, quod in restitutione feudi, census, vel emphyteusis, ecclesiæ, & minori læsis fructus etiam restitui, petita in integrum restitutione, ex text. & communi Doctorum sententia, in cap. 1. de in integrum restitutione, deducitur manifeste. Ex his etiam quæ Aluarus Valasc. de iure emphyteutico, quæsti. 32. scripta reliquit. Et Redoanus, in tractatu de rebus Ecclesiæ non alienandis, rubrica de feudi alienatione, quæstione 26. nume. 6.

& 7. expressim notauit, & dixit ex alijs, Ecclesiæ, & minori læsis in feudi datione, fructus etiam restitui debere.

Quocirca ea interpretatione reiecta, pro vero dicto cap. ad nostram intellectu, constituenda erant nonnulla, quibus dilucide magis explicatus manebit text. ipse, quam hæctenus fuerit per Scribentes. Et primo quidem certissimi iuris esse, restitutionem in integrum propter læsionem minori & Ecclesiæ competentem, fieri cum fructibus, etiam sine mora, l. quod si minor, §. restitutio, l. patri pro filio, §. si pecuniã, versiculo, ite ex diuerso, l. minor. §. 1. l. si res, ff. de minoribus, l. si prædium, C. de prædijs minorum, l. 1. C. si maior fact. alienat. rat. habue. c. 1. de in integrum restitut. l. 1. l. 8. titul. 19. part. 6. & cum glossa, Iason. Costa, Couarr. Pinelo, Gregorio Lopez, Padilla, Menchaca, Gamma, Simoncello, Octauiano, Caualcano, Ioann. Marco Aquilino, obseruarunt Antonius Pichardus, in §. extraneis, 6. numero 40. institut. de hæred. qualit. & differ. Pet. August. Morla, emporij, prima part. titu. 5. de in integrum restitutione, num. 31. & ultra relatos ab eis, Bernard. Diaz, regul. 219. Gracianus, regul. 316. Sfortia Oddi, de restitutione in integrum, quæstione 45. Mieres, de maioratu, 4. parte, quæstione 23. ex numero 34. Menchaca, controu. vsu frequent. c. 71. nu. 6. Caualc. de tutore, & curat. nu. 145. fol. 88. Caldas Pereira, in l. si curatorem habens, verbo, implorare, nu. 13. fo. mihi 164. Iacob. Menoch. lib. 5. præsumpt. 46. & 47.

Secundo obseruandum est, Ecclesiam in restitutionibus iure minoris fungi, capit. 1. capit. 3. capit. auditis, de in integr. restitut. c. 1. eod. titu. lib. 6. l. Orphanotrophos, C. de Episcopis, & Clericis, l. 10. titu. 19. part. 6. & exornat post alios, quos referunt Didac. Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 17. n. 4. Costa, in c. 1. si pater, de testa. in. 6. 2. par. verbo, ipsis pauperibus, num. 4. Caldas Pereira, in dict. l. si curatorem habens, verbo, minoribus, nume. 60. Sebastian. Medicis, de acquir. rerum dominio, glossa 2. part. 3. num. 195. Idque certis-

# Quotidian. controuer. iuris.

certissimum est, & tanquam indubitatum, vel præmissum, vel saltem suppositum ab omnibus, qui pro interpretatione d. c. ad nostram, mox referuntur.

Tertio obseruandū est, eiusdem cap. casum colligi manifeste ex litera ipsius, atq; ex integra decretalis illius, quā adduxit Anton. Augustin. collect. 3. decret. lib. 3. tit. 14. fol. 187. videlicet, Monasterium Tusienf. onere maximo debitorum depressum, villam quandam (quæ Iannuens. appellabatur communiter, vt ex integra constat) in feudum concessisse Boneuardo laico ea conditione, & pacto, vt ipse laicus octogintalibras persolueret creditori Monasterij, pro quibus eadē villa extiterat obligata, & laicus ipse implebit, & primo anno ex proventus villæ prædictæ quātitatē, & plus percepit Monasteriū enormiter læsum post multos annos petit, vt sibi restitueretur villa prædicta, & R. P. Innoc. 3. in hunc modū respōdet: *Mandamus quatenus, si prædictū Monasteriū propter hoc inuenieris enorme dispendiū incurrisse, dictum laicum vt (pecunia quam pro ex operatione fundi, seu etiam pro utilitate ipsius Monasterij expendisse noscitur, ab eisdem Abbate, & conuentu recepta, cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore) præfatū feudum eidē Monasterio dimittat liberum & quietum, appellatione postposita compellatis.*

Quarto obseruandū est, Monasteriū Tusienf. non intra quadrienniū, sed & post multos annos egisse, auditumquē fuisse, sicuti egregie asseueravit Hostiens. ibidē, & verē probauit Arias Pinel. 2. p. l. 2. C. de rescin. vendit. c. 4. nu. 14. vers. prima difficultas, & nu. 15. quo loci ex Panorm. & Imol. ad difficultatē de lapsu quadriēnij, recte respondet, ex varijs causis potuisse postquadrienniū restitui Ecclesiā, prout ex enormissimo dāno, vel quia vixerat idē prælatus alienans. Et eodē modo respondet Morla, de in integrum restitut. dict. titu. 5. num. 33. in vers. vnde tertio, & vltra quadriennium ex enormi læsione Ecclesiæ competere restitutionem, per text. & gloss. in c. 1. de in integrū restitut. lib. 6. Abba-

tem, Couar. & Suarez, ibi relatos, Monasteriumq; audiri debuisse, recte animaduertit, & id ipsum probauit Ioann. Marc. Aquilinus, in §. & quid tātum, l. Gallus, in versicul. quid enim si aquæ & ignis interdictionem pateretur, nu. 139. fo. mihi 59. Hostiens. autem assertionē, & communem traditionem Doctorum esse verissimam, deprehenditur manifeste ex verbis eiusdem integræ ab Antonio Augustino relatis, ibi: *Cum idem laicus primo anno de ipsius prouentibus vltra summam perceperit prætaxatam, & per multos postmodum annos suppressit eius fructus. Quæ equidē ad quadriennium restringi nullo modo possunt, vt Pinelus non facta mentione integræ, nec verbis superioribus commemoratis, optime probauit vbi supra, & iterum, num. 23.*

Quinto obseruandum est, Monasterium metipsum Tusienf. auditum fuisse non ex capite nullitatis, quod feudi concessio ex defectu formæ, & solemnitatis nulla fuisset, aut Episcopi auctoritas defuisset (vt male arbitrabatur Hostiensis) sed per auxilium restitutionis in integrum, ad cuius cōcessionem Romanus Pontifex principaliter fundatur in eo textu ex dispendio, & læsione, non ex aliqua nullitate, siue solemnitatis defectu, quod ex integra eiusdem cap. negari non potest vllō pacto, & obseruauerunt post alios constanter Arias Pinelus, dicto num. 15. & 16. Aquilinus, num. 133. & 134. Morla, num. 33. in versiculo, vnde tertio, in locis supra relatis, & repetit iterum, atque in eadem persistit sententia Pinelus, num. 23. qui num. 20. & 21. per totum, erudite, & verē contra Costam, & alios probauit, restitutionē eam Monasterio concessam, non gratiæ, sed iustitiæ fuisse, atque ex iure ordinario, non de iure speciali processisse, & sequuntur post alios Aquilinus, vbi supra, numero 133. ante finem. Morla, dicto numero 33. in versiculo, vnde tertio. Idquē verissimum est ex verbis, eiusdem integræ, in versiculo: *Nos autē volētes Monasterio provideri, vt alijs iniuriā non irrogemus. Quæ non extraordinariam,*



nariam, aut specialē, vel gratiosam, sed magis iuridicam, & ordinariam restitutionis concessionem indicant aperte.

Sexto obseuandum est, circa interpretationem dict. cap. ad nostram, nihil firmum, aut certum interpretes fere omnes, tam antiquos, quā neohericos tradidisse, maximamque eorum varietatem fuisse, sicuti eis prælectis constauit, qui nunc commemorabuntur. Et quidem re vera eximiam esse eius text. difficultatē ob id quod de restitutione cum fructibus facienda, superius diximus. Item ex eo, quod & si Ecclesia ex causa nullitatis, nō restitutionis in integrum egisset in eo caso, restitui quoque debebāt fructus cum re ipsa, ex text. in capit. si quis presbyterorum, eiusdem tituli. l. si prædium, C. de prædijs minorum, l. 2. C. si quis ignorans rem minoris, l. iubemus nulli, §. sanē, C. Sacrosan. Eccles. & recte aduertunt Pinel. vbi supra, num. 16. Aquilinus, numer. 134. Morla, num. 33. Idcirco ob prædictā fructum difficultatem magis variasse, & per multos excogitasse intellectus interpretes omnes, qui hæctenus in proposito commentaria ediderunt. Inter alios tamen, & antiquorum interpretationes commemorasse, & confutasse, & plures alias excogitasse ad text. eundem, Costā, in §. & quid sit tantum, 2. part. nu. 75. Monchacam latissimē Controuers. illust. lib. 3. cap. fin. num. 6. vbi quam plurimos recenset intellectus, Didac. Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 3. ex num. 3. Ariam Pinel. 2. part. l. 2. C. de rescindenda vendit. capit. 4. ex num. 14. vsque ad numerum 27. Padillam, in eadem l. 2. nu. 50. Ioann. Marcum Aquilinum, in dict. versiculo, quid enim si aquæ, & ignis, dict. §. & quid sit tantum, ex num. 133. vsque ad num. 140. vbi antiquorum, Didaci etiam Couar. & Pineli interpretationes improbat, P. Augustin. Morlam, emporij, prima part. dicto titu. 5. de in integrum restitutione, ex num. 31. vsque ad numer. 37. vbi etiam antiquorum, & Couar. atque Pineli interpretationes improbat, quas ideo hoc loco non recenseo, quod transcribendum abhorream, & penes præfatos au-

thores plena manu reperiam scriptas, non etiam (& iuste equidem) easdem recensuit Antonius Pichardus, in dicto §. extraneis, institut. de hæred. qualit. & differ. num. 50. & 2. sequentib. vbi Costę interpretationem improbavit duntaxat, & suam assignauit statim, num. 52.

51 Omisissis ergo prædictorum intellectibus, verior, & securior mihi semper visa est interpretatio illa, quam ad text. in dict. cap. ad nostram, olim excogitauit, & tradidit D. Sahagum de Villafante, cum textum eundem interpretaretur, & tunc Vespertinæ Cathedræ Sacrorum Canonum, postmodum verò primariæ iuris eiusdem insignis, subtilisque, & valde eruditus moderator existeret. Et cōstituit, regulam, siue doctrinam prædictā restitutionis fructum cum re ipsa (quæ regulariter locum obtinet) limitandam esse, quoties æquitatis ratio contrarium postulet, iudicēquē ad remittendos fructus mouere possit, ac debeat, vt in dict. cap. ad nostram, equē & iuste Innocentius tertius obsorauit, qui sciens, & prudens feudatarium grandi libore, & maxima industria Monasterium ex alieno oppressum, propria pecunia liberasse, eius negotia gessisse, villamque in feudum concessam diligenter coluisse, & administrasse, fructus laico illi pro labore remisit, sicuti text. indicat in versicul. *quod non distulit*, & in versicul. *cum sibi fructus*. Et inde, sicut Scæuola l. C. in l. quod si minor, §. non semper, in versicul. Scæuola, ff. de minoribus, ad partam pecuniam industria, & laboribus substituti, minori restitutionem denegauit, ita & Innocentius tertius, in dict. cap. ad nostram, Monasterio quoad fructus restitutionem negauit, idquē propter feudatarij laborem in colenda villa, & in exonerando Monasterio sic oppresso, & quanuis videtur posse laborem, & industriam feudatarij ad æstimationem aliquam reducere, & cum fructuum quantitate cōputare, vt iuueret Monasterio restitui, quod ex his superesset, tamen ob rationem superiorem (qua principaliter adducebatur, atquē excitabatur (vtquē liti finem

# Quotidian. controuerſ. iuris.

imponeret, & circuitum vitaret, nec etiã feudi, ſeu villæ reſtitutionem, laboris, & induſtriæ feudatarij æſtimatione, & fructuũ computatione inuolueret, ita equidem decreuit, atque prædictorum ratione, non ſola ſeruitiorum ordinariorum (ad quæ præſtanda feudatarij tenentur) 53 ratione excitatus fuit, vt ex Hectore Roderico male ſibi ſuadent nonnulli, & contrarium, atque nunc dictum ex integra decretali deducitur non obſcure. Et hætenus Doctor Sahagun, cuius interpretationem dicit ſibi non latere, & eam refert, ſed non commemorat ipſum, non etiam in ea inſiſtit firmiter Petrus Auguſtin. Morla, relatus ſupra, numero 50. in verſiculo, nec me latet, & penes eum, numero trigefimo quinto, in fine, & numer. trigefimo ſexto, vltra quem 52 & eundem Doctor Sahagun, nouiter ego adnotauerim, Abbatem in eodem capit. ad noſtram, numer. octauo, videri interpretationem hanc præſentire, ſiue ſuperioribus magis accedere, licet non ita ea explicauerit, dicit namque, quod laicus ille feudatarius pro laboribus & ſumptibus, quos paſſus eſt, ſibi retinuit, atque percepit fructus, & quanuis poſſet Eccleſia petere omnes fructus, & ſatisfacere illi de ſumptibus, & laboribus, tamen Roman. P. ex officio ſuo fecit iſtam prouiſionem, vt euitaretur magnus circuitus. Et iterum dixit idem Abbas, eodem numero octauo, in fine, quod ibi habetur reſpectus ad laborem proprium, puta, quia erat ruſticus, & perſonaliter extirpauit terras, & numero quarto, vbi pro notabili tradidit, ratione ſumptus, & laboris dimitti fructus, quos aliàs feudatarius reſtituere teneretur, ſi non expoſuiſſet labores, puta in extirpando terras incultas, & non feciſſet ſumptus. Et ſecundum hæc (vt ego nouiter, & verè animaduerto) cum ob rationes ſuperiores, non ob ſeruitia tantum ordinaria, ad quæ feudatarij tenentur, excitatus fuerit R. P. (vt iam dixi) non inde deduci valebit aſſumptum generale, ſiue regula generali decerni, vt in feudi datione, & conſeſſione, ſui natura fructus non veniant

reſtitutione petita, cum id (vt etiam dixi ſuperius, numero 47.) nullo iure caueatur aliquo modo, contrarium verò, & iure metiſo probetur, atque ex his deducatur authoribus, quos retuli ſupra, num. 48.

Quocirca prætermittendũ non erit, Antonium Pichardum, in dicto §. extraneis, numero 52. recte accepiffe text. in dict. cap. ad noſtram, in feudi datione, & conſeſſione, id namque ex integra conſtat, atque eodem textu cauetur expreſſim. Deinde, Roman. P. ad laborem laici illius feudatarij, magis quam ad alia conſiderationem habuiſſe, recte etiam obſeruafſe ad finem dicti numeri, 52. Cæterum laborem metiſum, nõ ita ſtrictè accipere ipſum debuiſſe, cũ poſſet is labor in multis interuenire, & verè interueniſſet, vt rectiſſime docuit Abbas nunc relatus, & ſupra adnotauim. Prætereã textus eiufdem difficultatem aſſequutum Pichardum eundem in loco prædicto ex numero 48. deceptum tamen in ipſius ratione, atque interpretatione reddenda: (quæ in effectu Hectoris interpretatio à D. Feliciano relata fuit) tum, quia in feudi reſtitutione fructus non venire, verum non eſt, vt ſupra probaui, & deducitur ex Morla, vbi ſupra, nu. 36. tum etiam, quia Innocent. 3. non habuit in conſideratione obſequium, quod domino à feudatario præſtatur duntaxat, non etiam onera tantũ, quæ ſi occaſio eueniat, ſubire debet feudatarius (vt arbitrabatur Pichardus) quia ſecundum id, etiam ſi occaſio non eueniſſet ſubeũdi onera, reſtitutio villæ fieret abſque fructibus, ſi etiam onera, quæ ſubire poſſet feudatarius, licet ea non ſubiſſet, in conſideratione habuiſſet Pontifex (vt adeò aperte Pichardus ipſe ſupponit) & tamè reuera, non onera, quæ non ſubiit, ſubire tamen poſſet feudatarius, non obſequium tantum, & laborem ordinarium domino à feudatario præſtandum, in conſideratione habuit P. R. ſed videns, & conſiderans ea omnia, quæ diximus ſupra in vtilitatem, & cõmodum Monafterij, actu, & re

& re interuenisse, ita, & iuste ipsemet P. decreuit, vt dictū quoq; remanet supra.

54 Prætermitti etiam non potest Ioan- nis Marci Aquilini, in d. 5. & quid si tantum, dicto versic. quid enim si aquæ, & ignis interdictionem pateretur, nu. 139. ad text. in d. cap. ad nostram, interpretationem, eisdem rationibus displicere, atque confutari, quibus D. Feliciani, & Pichard. interpretationē confutauimus supra, vtpote cū Hectoris Roderici mentionē ipse fecerit expressim, & illius intellectū probauerit in effectu, nec ea cōsiderauit eo in tex. interuenisse, & Romanū Pontificē principaliter excitasse, quæ nunc dicebamus, sed ad seruitia feudatarij ordinaria respectum tantum habuerit. Cæterum obseruationes omnes in eodem proposito, & circa intellectū eiusdem cap. traditas ab ipsomet Aquil. ex nu. 133. vsq; ad d. nu. 139. & veras esse, & his conuenire, quæ supra suo ordine, distincte præmissimus.

55 Deniq; nec prætermitti potest, Petri August. Morl. de in integr. restit. d. tit. 5. ex nu. 31. vsque ad nu. 36. obseruationes, eodē iure diiudicandas, quo Pichardi, & Aquilini adnotationes diiudicauimus nunc, omnia namque, quæ ad intellectū d. cap. ad nostram, præmittit, & in confutandis aliorum intellectibus considerat, recte equidem, & de iure procedūt, deficit tamen author metipse in duobus, primo, quatenus Hectoris Roderici interpretationem relatam, videtur magis probare sub numer. 33. ad finem, quæ tamen ex dictis supra probari non potest. Secundo, quatenus statuit statim, numer. trigesimo quinto, ad finem, & numero 36. sibi non latere, placere quibusdam nouissime intellectum à me ex Abbate, & Doctor. Sahagum probatum supra, & tamen duntaxat refert, sed non approbat, neque improbat eum, siue certum quid non proponit pro dictæ decretalis intellectu, aut saltem, cum Hectoris interpretatione magis videtur persistere. Et hætenus de his, atque de intellectu d. c. ad nostram, de quo eorum occasio. quæ D. Felician ad textū,

in dict. capite salubriter, adnotauit; tractatum, atque disputationē suscepimus.

56 Nunc verò ad text. metipsum in d. c. salubriter, redeundo, & continuādo ea, quæ ex numero 44. in versic. & primo quidem, & num. 45. supra assumpseram, & in eadem materia versando, infertur secundo, Iasonem, in d. l. de diuisione, numer. 2. in fine, ff. soluto matrimo. recte in hac materia agnouisse, legem statuisse, maritum lucrari fructus rei datæ impignus, ratione cuiusdam æquitatis propter onera matrimonij, quæ subiit, quod est optimum verbum, & rationē dict. decretalis, *cum frequenter dotis fructus, &c.* valde conueniens.

57 Tertio infertur, ex dictis hætenus, & d. cap. salubriter, decisione, dilucide, & certo constare, maritum non imputare in sortem fructus rei pignori sibi datæ, non alia, quam eodem in textu expressa ratione, & idcirco procedere ipsius decisione donec maritus viuit, & supportat onera matrimonij, nec in hærede mariti locū obtinere, & ideo si hæres perseueret in tenendo possessiones pro dote pignori datas, & fructus percipiat, tenebitur illos in sortem cōputare, vt supra dixi, & cum alijs resoluit Alexan. Trentacinius, variarum resolution. libro tertio, de pignoribus, & hypoth. resolutione 2. nume. 13. in principio, fol. 222. Similiter eiusdem capit. decisionem explicari, ampliari, & restringi multis modis iuxta authores relatos supra numero octauo, & latius per Surdum, qui late, & vtiliter declarat, & materiam exornat in tractatu de alimentis, titul. primo, quæst. 42. per totam, cuius occasione consulto hic prætermitto nonnulla.

58 Maritus etiam morā passus in dotis solutione, vt petat vsuras, quod tria cōcurrere debeant copulatiue, dotis in quam promissio, nuptiæ, & quod maritus subeat onera matrimonij, ex alijs multis resoluit idē Surd. & latius explicat dict. quæst. 42. num. 3. cum multis seq. & nu. 147. & vide etiam ex numer. 125. & nu. 133. & 140. & 144. vbi explicat, quando mora contractu dicitur, vt maritus vsuras

59 ras dotis exigere possit. Et recipiendo dotē simpliciter, an videatur maritus remittere vsuras dotales, vide eundē Surdum, dict. tit. i. quæst. 43. per totam.

60 Quarto infertur, decisionē eiusdē c. salubriter, dūtaxat procedere in marito, in quo specialiter loquitur propter onera matrimonij, quæ sustinet, non in alio quocunque, & inde nec etiam in vxore locum obtinere, & consequenter si habeat rē obligatam pro dotis restitutione, tenetur fructus computare in sortem, nec poterit soluto matrimonio vsuras dotis non solutæ petere. Ratio est, quia in vxore non consideratur ratio supportandi onera matrimonij, per quam inducta est decisio dicti cap. salubriter. Item id permittitur marito ratione, & fauore dotis, & matrimonij, sed soluto matrimonio desinit non solum esse matrimonium, sed etiam dos, l. 3. ff. de iure dotium. Et sic cessat ratio, vt Surdus, dicto titulo primo, quæst. 45. num. 4. recte obseruauit. Et repetit num. 45. vbi quod vxor vidua fructus percipiens ex repignorata, tenetur computare sibi ad extinctionem dotis. Et idem quoque ex sententia communi resolunt Didacus Couar. variar. lib. 3. cap. primo, num. 3. versiculo, sexto. Aluarus Valasc. consultatione 8. num. 4. Antonius Quesada, diuersarum quæstionum iuris, capit. 25. nu. 17. Petrus Cenedos, collectanea 142. ad decretales, num. 3. Anton. Gama, de decisio. 71. nu. 2. Alexan. Trentacinius, variar. resolutio. libro 3. de pignor. & hypoth. resolut. 2. num. 14. in versiculo tertius, & vltimus casus est, fol. 223. & eod. libr. 3. tit. de iure dotium, resolut. 6. nu. 2. cum seq. fol. 308. erudite D. Barbosa, 1. part. l. 2. in princip. ff. soluto matrimon. ex numer. 40. vsque ad num. 48. fol. mihi 593. cum seq. vbi inquit, quod text. in dict. capit. salubriter, permittens vsuras fauore dotis, loquitur in marito, qui sustinet onera matrimonij, in quorum compensationem licite vsuras recipit, quæ ratio cessat in muliere, & ideo ratione retardatæ solutionis, nihil recipere potest, capite in ciuitate, de

vsuris, & tenent Bartolus Panormitan. Rubeus, Alexander. Plotus, Menoch. & alij ibidem relati. Quicquid Molina, & Thesaurus, ibi etiam recte improbat, inter maritum, & vxorem in hac quæstio. nullam esse constituendam differētiam contendant, & inde infert ipse Barbof. quod si prædiū assignetur mulieri, vt ex eo fructus percipiat, donec dos ei restituatur, quod fructus perceptos tenetur in dotem imputare, quia alāis vsuram committeret, vt etiam & alij authores permulti ibidē relati probarunt, & num. 41. ampliat hæc procedere, etiā si in instrumento dotali dicatur, quod vxor nomine alimētorum, vel interesse aliquid recipiat, donec dos restituatur, videtur enim color quæsitus, & semper ex prædicta receptione videtur resultare vsura prohibita. Ampliat. 2. etiā si maritus in suo testamento caueat, quod aliquid annuatim solvatur vxori, donec ei dos cum effectu restituatur, nam cū id sit vsura, testator in suo testamento non potest cauere, vt vsura solvatur, vt tenent quā plurimi authores per Barbof. congesti, qui ampliat. 3. non valere conuentionē, quod ratione retardatæ solutionis aliquid solvatur mulieri, siue sit solvendum a marito, siue ab eius hærede, & dict. num. 41. & 42. & 43. aliorum authorū sentētias, & resolutiones contrarias rectissime confutat. & num. 44. ampliat. 4. etiam si conuētio fiat nomine interesse, vt latius ibi videri potest, & iungi Surd. in locis supra relatis. Alex. Tré racinq. variar. resolut. lib. 3. de pignor. & Hyp. resolut. 2. ex fo. 219. & de iure dot. resolut. 6. ex fol. 307. Aduerit etiam, pro dotis restitutione retardata, posse vxorē morā passam percipere interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, vt post alios obseruant Afflictis, decis. 284. num. 3. Couar. resolut. lib. 3. cap. 1. numer. 3. in versiculo, sexto. Thesaurus, decis. Pedemont. 45. nu. 2. Menoc. consil. 7. ex nu. 15. lib. 1. Anguisol. consil. 2. lib. 5. Petrus Surdus, de alimentis, titulo primo, dicta quæstione 45. namer. 31. & 32. & 33. Alexander Trentacinius, de pignor. & hypot.

61

82

abz

bona doctri  
na ad exceden  
bona que fue  
rat pascui  
mā quādis  
vo m des de  
naria. que  
fuerit dabo  
iure pigno  
rit vxo  
lig pignus  
bonis dora  
libg

2

Hippolyt. dicta resolutione 2. nume. 14. per totum, folio 223. & de iure dotium, dicta resolutione 6. ex fol. 307. erudite Barbosa, prima parte dictæ legis secundæ in principio, ff. soluto matrimonio, num. 43. in versiculo pro concordia, ubi inquit, quod quamuis mulier in propostis casibus, si petendo sibi promissum, aut fructus vel interesse, solo instrumento dotali, aut sola promissione niteretur non audiretur, quasi vsuram petens, si tamen articulet & probet interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, obtinebit equidem, & audietur: nam certum est, etiã hodie licite peti, & percipi posse interesse, siue sit damni emergentis, siue lucri cessantis. Et quando in propostito dicatur interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, vide omnino per eundem Barbosam, dicto num. 43. in versic. dicitur autem in hac materia, folio 596: vsque ad num. 52.

62 Obligatio autem alendi vxorem incumbens marito, an cesset soluto matrimonio: & an mulier ipsa vidua sit alenda ab hæredibus viri intra annum luctus, & post annum, quid si diues sit, & quid si pauper, quid si prægnans? vide omnino Barbosam eundem, prima parte d.l. 2. in principio, ex numero 17. fol. mihi 579. vsque ad num. 37. & iunge Surdum, de alimentis, dicto tit. primo, quæst. 44. & 45. Alexand. Trentacinquium, variarum resolution. lib. 3. de iure dotium, dicta resolutione 6 per totam, ex fol. 307.

63 Quinto infertur, nõ modo antiquos, sed neothericos etiam iuris interpretes maiori ex parte assequutes nõ fuisse veram rationem specialitatis in marito, ad text. in dict. cap. salubriter, nonnullos tamen ius speciale eo in casu recte constituisse, cum vere in marito duntaxat, non in alia persona eiusdem capitatis constitutio procedat, vt dictum latius remanet. Specialitatis autem rationem, non aliunde, quam ex ratione expressa eodem in capite, atq; ex oneribus matrimonij supportandis a marito, ex dictis etiam constat dilucidè, & obseruauit Surdus, de alimentis, titulo primo, quæstione 4. nu.

4. Barbosa 1. p. d. l. 2. in prin. nu. 40. ff. solut. matrim. quamuis ergo Barbosamet ipse, Nauar. Fœlicia. & alij iustè improbauerint aliorum interpretationes ad illum text. male proculdubio ita absolute eosdem damnarunt, quod ius speciale in marito constituisent, siue iure speciali processisse eandem decretalem dixissent, cum re vera ius speciale in marito fuerit, nec pro sit dicere, neque ex causa dotis vsuram permitti debere (vt ijdem met authores, vt specialitatè excludant, argumentantur) id enim speciale est indote in hoc casu, vt absque periculo vsuræ maritus non computet fructus ex pignore propter onera prædicta, quæ matrimonio insunt, ad quæ supportanda frequentius fructus dotis non sufficiunt, vnde hoc esse speciale in dote, alia tamè ratione, quã ea quam supra assignauimus, agnoscunt Didac. Couar. vari. lib. 3. cap. 1. nume. 2. vers. tertio constat, Aluarus Valascus, consultat. 8. Antoni. Thesaur. decisio. Pedemon. 45. Anguis. conf. 2. lib. 5. Alexan. Trentacinq. in duobus locis relatis supra num. 61. Barbosa etiam alio in loco, hoc est, in l. de diuisione, num. 2. in fin. in versic. sed ex prædictis, fol. 880. qui in principio illius legis, vers. infertur etiam explicatio, indistincte impugnavit Castrensis, Vincen. Ioã. Andr. & aliorum sententiam, qui specialem esse decisionem dicti cap. salubriter asseuerarunt, & tamen postmodum id ipsum fatetur, alium tamè intellectum ad eundem tex. assignat, siue alia ratione procedere statuit, vtcũque ergo res sit, negari non potest, quin speciale ius sit in marito, quod alteri, nec etiam vxori comunicatur, quicquid in intellectu eius text. aut in ratione authores dissentiant.

64 Sexto infertur, dictæ decretalis constitutionem, procedere æqualiter, in marito affirmatiuè, & in vxore, & alijs personis negatiuè, siue pactum adijciatur, siue non de fructibus non computandis, nam cum in marito vtroque casu militet ratio, c. eiusdem, & in vxore, & alijs personis cesset, idem ius obseruari debet, nec pacti adiectio aliquid operabitur, vt

velius illud mutetur, aut vxoris, & alio-  
rum melioretur. Quod deprehenditur  
ex resolutionibus traditis, & interpreti-  
bus, quam plurimis relatis ſupra, nu. 28.  
& nu. 60. per totum, & in terminis vltra  
commemoratos ibidem, obſeruabit pa-  
ter Salon, de iuſtitia & iure, in 2. 2. Diui  
Thom. q. 78. controuerſia. 14. verſic. 4.  
ſi tempore matrimonij, folio 829. quid  
intelligit procedere, ſiue à patre, ſiue ab  
alio dos fuerit conſtituta, & ſiue fructus  
excederent onera, ſiue non; nam contra-  
ctus huiusmodi eſt licitus, etiam ſi pa-  
ctum adiiciatur prædictum, vt vir acci-  
piens pignus, faciat fructus ſuos, quãdiu  
illi non detur dos.

65

*Creditorum  
ex pacto. l.  
conſidera  
fructus ſuos  
facere pot.  
Do illos bene  
de pignore  
in ſe ſem*

Septimo inferitur, creditorẽ nec etiã  
pacto, aut conuẽrione fructus pignoris  
ſuos efficere poſſe, ſed illos computare  
in ſortem principalem debere; quod ex  
textu, in d. l. 1. & 2. C. de pignoratitia a-  
ctiõne, ſatis deprehenditur, & tenuerũt  
authores relati ſupra, nume. 6. Domini-  
cus, in cõſilio 12. Bald. in l. 1. C. de diſtra-  
ctiõne pignorum. Neguſantius, de pig-  
noribus, in 5. membro 55 part. nu. 10. Ale-  
xan. Trentacinquius, variar. reſolut. lib.  
3. de pignor. & hypoth. reſolut. 2. nu. 6.

66

fol. 216. Cum alioquim uſura committe-  
retur, quẽ iure naturali, & iure gẽtium,  
iure etiam canonico, & iure diuino, at-  
que vtriuſque teſtamenti pagina dete-  
ſtatur, iure etiam Regio punitur. Sicuti  
iure naturali prohiberi uſuram ex his ra-  
tionibus deducitur concludenter, quas  
poſt D. Thom. 2. 2. q. 78. artic. 3. conſide-  
rarunt Conradus, de contractibus, quæ-  
ſtio. 22. Villaguta, de uſuris, quæſt. 3. Ioã-  
nes Bapt. Lupus, Didacus Couarr. Gaſ-  
par Rodericus, & alij authores ſtatim  
commemorandi, & iure etiam gentium,  
ex ratione illa, quam ex mente commu-  
ni perpendit Rodericus ipſe, de annuis  
redditibus, lib. 3. quæſt. 4. num. 3. iure au-  
tem canonico prohiberi, pluſquam ma-  
niſeſtum eſt ex cap. 1. cum ſequentibus,  
cap. quia in omnibus, cap. ſuper eo, cap.  
conſuluit. cap. cum tu. & per totum, de  
uſuris, Clementina prima, eodem titulo  
iure etiam diuino, atque vtriuſque teſta-

menti pagina uſuram de teſtata m fuiſſe,  
Exodi, capit. 23. Leuitici, capit. 25. Lucæ,  
cap. 6. dicto cap. conſuluit, capit. quia in  
omnibus, & d. c. ſuper eo, & latius pro-  
ſequuntur, atque eas authoritates expli-  
cant Couar. Ioan. Baptiſta, Gaſpar Ro-  
dericus, & alij ſtatim citandi, qui latius  
ſuperiora probant, atque exornant poſt  
alios multos, Didacus Couar. variar. re-  
ſolut. libr. 3. cap. 1. nu. 5. per totum, Con-  
radus, de contractibus, quæſt. 22. Ioan-  
nes Baptiſta Lupus, de uſuris, commen-  
tario 1. §. 3. ex num. 20. cum pluribus ſeq.  
Menochius, de arbitrarijs, lib. 2. Centu-  
ria 4. caſu 398. Villaguta, de uſuris, quæ-  
ſtio. 3. Maranta, in pract. 6. part. capit. de  
inquiſitione, ex nu. 110. Vincent. Caro-  
cius, de loco & conducto, quæſt. 13. ru-  
bricæ de uſuris, Lancelotus, in inſtitutio-  
nibus canonicis, titulo de uſuris. §. 1. Re-  
natus Copinus, de dominio Franciæ, lib.  
2. cap. 6. in fine, Iulius Clarus, receptarũ  
lib. 5. §. uſura. Nauarrus, in Manuali, cap.  
17. num. 223. latius in capite 1. 14. quæſt.  
3. Palacios, in praxi Theologica, lib. 4.  
cap. 11. Petrus Cenedus, collectanea 41.  
ad decretales, numero 1. vbi congerit  
per multos. D. Espino, in Speculo, gloſſ.  
rubricę parte 13. ex numero 13. uſque ad  
numerum 17. & latiffime omnium pa-  
ter Michael Salon, de iuſtitia, & iure,  
controuerſia 1. & 2. per totam, pag. 518.  
uſque ad pag. 584. Gaſpar Rodericus, de  
annuis redditibus, lib. 3. quæſt. 4. ex nu. 1.  
uſque ad nu. 8. Alphonſus Azebedus, in  
l. 1. titul. 6. lib. 8. nouę collect. Regiæ qui  
& iure Regio prohiberi uſuram, oſten-  
dit, & probatur ex eadem l. 1. cum ſeq.  
l. 9. titulo 13. partita 1. l. 4. titulo 6. part. 7.  
& Couar. Espino, & Rodericus vbi ſu-  
pra adnotarunt. Imò & iuris ciuiliſ tra-  
ditione ſuſtineri non poſſet tale pactum  
in hoc caſu ex deciſione dict. l. 1. & 2. C.  
de pignorat. actiõne, pactumque huius-  
modi omni iure illicitum fore hodie, &  
uſurarium, ex ſuperioribus ſatis deduci-  
tur aperte, & Salon, vbi ſupra, contro-  
uerſia 12. pag. 807. & 808.

67

Et inde ſequitur, errore maniſeſto  
lapſum fuiſſe ( quod nullus haictenus  
ani-

- 140 Et Iacobi Menochij conciliatio profertur.
- 141 Acchil. etiam Personalis earūdem opinionum conciliatio alia commemoratur.
- 142 Et authoris ex sententia communi, & alia Fulgosij, & Alex. contraria, ex conciliationibus etiam Menoch. & Personal. opinio noua, siue noua & vera conciliatio conficitur.
- 143 l. finalis, C. de adict. Diui Adrian. Toll. remedium, non obtinere quoties legitimus adest contradictor, tunc nāque causa cognita in possessionem mittendus, qui iura potiora legitimis modis ostenderit.
- 144 Quis legitimus dicatur contradictor ad impediendum remedium dictae l. finalis, maximum esse, & precipuum huius materiae dubium, & subobscurum, & diffusum explicatum, prout hic adnotatur.
- 145 Atque in eo breuiter se habuisse, vere tamē, & de iure respondisse Roland. duobus in locis, hic praecitatis.
- 146 Breuiter quoque se habuisse Burg. Sal. de Pace, prout hoc numero obseruatur.
- 147 Hippol. etiā Rimis iuridice obseruasse nonnulla in hac materia, reliquisse tamen quā plurima intacta.
- 148 Latius se expedire in eodem articulo Anton. Gomet. & sex praecipue obseruasse, quibus non absolute satis articulus ipse explanatur.
- 149 Ioannem vero Sicchardum ad sententias glossarum, & Alponsum Azeuedum ad Menoch. se retulisse, ut hic obseruatur.
- 150 Iosephum Ludouicum, in eodem articulo legitimi contradictoris ad impediendum remedium dictae l. fin non segesisse absolute, siue ex professo ipsum non explicasse.
- 151 Non etiam explicasse accurate articulum eundem Sfortiā Oddi, sed & tradidisse nonnulla, quae maiori indigent declaratione, ut hic adnotatur.
- 152 Ioannes Parlador. in proposito dubio contradictoris legitimi, quae adnotauerit, & de tribus eiusdem conclusionibus in hac materia.
- 153 Ioannes Francisc. de Ponte in ipsomet dubio, quae obseruauerit.
- 154 Borgnini Caualcanti in eadem contradictoris legitimi disceptatione, obseruationes nonnullae recensentur.
- 155 D. Espino, accurate & dilucide parū articulum praefatū contradictoris legitimi pertractasse, & tria duntaxat constituisse, prout hic obseruatur.
- 156 Marcum Anton. Peregrin. latius atque ex professo magis, quam alij supra relati fecissent, articulum eundem legitimi contradictoris explanasse, & plurima adduxisse quae haberi praeculis debent in hac materia, ut hic commemorantur.
- 157 Author hucusq; agitatam legitimi contradictoris disceptationē & materiam, qualiter resoluendā existimet & de ipsius sententia, & num. seq.
- 158 Iacobum Menochium, diligenter admodum, atque erudite, absolute etiam magis quam ceteri fecissent, explanasse, & prosequutum fuisse questionem praefatam contradictoris legitimi.
- 159 Latius etiam quam alij fecissent explicasse Acchil. Personalem, qui eadem uestigia Menoch. tentauit,

# Quotidian. controuers. iuris.

Et sequutus est in effectu, ut nu. seq. ostenditur.

- 150 Legitimus contradictor ab initio cause quis dicatur, atque ita antequam iudex licentiam mittendi in possessionem concessit.
- Vbi Iacob. Menoch. decem & septem casus precipuos considerat, & distinguit, ex quibus aliorum interpretum traditiones suppleri, atque explicari debent, prout hic adnotatur.
- Ex traditionibus etiam Personalis, ut hic obseruatur.
- 161 Legitimus contradictor ad impediendum missionem in possessionem ex remedio dictae l. finalis, est, qui citatus fuit, etiam si non possideat, vel detineat.
- 162 Contra si non possideat, nec teneat, nec citatus fuerit.
- 163 Aut si allegat titulum diuersum, cum nec possidet, nec detinet, nec citatus fuit.
- 164 Aut si non simpliciter fuit citatus, sed pro suo interesse, aut si sua putat interesse, nisi doceat de suo interesse, hoc est, se ius habere in causa.
- 165 Legitimum contradicteorem ad impediendam missionem in possessionem ex remedio dictae l. finalis, esse eum, qui legitimam allegauerit causam, illamque incontinenti paratus sit probare.
- 166 Incontinenti quemadmodum accipiatur, siue quid dicatur probari posse.
- 167 Et ex crebriori interpretum sententia, id totum iudicis statuendum esse arbitrio.
- 168 quauis alij aliter explicent, ut hoc num. adnotatur, & ibidem Hip-

pol. R. imin. post Bar. sententia commemoratur, auctoris etiam resolutio proponitur.

- 169 Legitimus contradictor quando dicatur, qui coparet post sententiam latam de mittendo in possessionem: ubi duo casus constituuntur, & auctoris placitum profertur.
- 170 Legitimus contradictor quando dicatur, qui coparet post missionem in possessionem, ut obtineat, eam reuocari, ubi quatuor casus constituuntur.
- 171 Fideicommissarius uniuersalis, utrum legitimus contradictor sit ad impediendam missionem in possessionem ex remedio d. l. fin. ubi communes D. resolutiones probantur.
- 172 Fideicommissario uniuersali, an concedatur remedium possessorium d. l. final. ubi etiam profertur, atque probantur resolutiones communes Doctorum.
- 173 Fideicommissario uniuersali competere hodie remedium possessorium d. l. fin. de iure huius Regni, citra restitutionem aliquam ab herede factam, ex sententia Burg. Sal. de Pace.
- 174 Contra ex sententia auctoris, ubi heres institutus velit adire, aut missioni in possessionem contradiceret, vel de tractionem Falcidia, Trebellianica, aut legitima, aut aliam quamlibet contenderet locum habituram.
- Quod numeris seq. latius ostenditur, & melius, atque dilucide magis, quam antea factum esset explicatum relinquitur.
- 175 Quarta detractionem non cessare hodie, ex eo quod testamentum valeat absque heredis institutione, & inde Falcidiam, nec Trebellianicam hodie sublatam esse de iure huius Regni.
- 176 Fideicommissarium, etiam quando a l. traeseunt iura & actiones, siue a l.



- fit restitutio, non posse apprehendere possessionem, nisi de manu heredis. Nec posse obtinere in remedio dictæ l. fin. quâdo heres contenderet quartam se deducturum.
- 177 Fideicommissarium, etiam possidentem, non esse legitimum contradicteorem ad impediendam heredi scripto immisionem in possessionem ex remedio d. l. fin. quoties heres ipse scriptus, potest detrudere Falcidiam, aut Trebell.
- 178 Non sequi sanè, testamentum hodie valet absq̄ heredis institutione, ergo fideicommissario absolute competit remediũ d. l. fin. etiam nulla restitutione sibi facta, imò contrariũ sequi, ut hic obseruatur. Et infortioribus terminis sustinetur contrarium eius, quod Burg. Sal. de Pace tuetur.
- 179 Et l. prima, titulo 4. libro 5. nouæ collectio, Regiæ, verus intellectus adducitur.
- 180 De iure communi certum esse, hereditatem adire, cogi posse eum, qui ipsam alteri restituere grauatus est quoties actionum transfusio datur.
- 181 Hodie tamen post decisionem, l. 1. titulo 4. lib. 5. nouæ collect. Regiæ, heredem grauatum cogi non posse hereditatem restituere, & correctum esse ius commune ex sententia quorundam.
- 182 Contra ex sententia Burg. Salon de Paze, quem author refutat, & d. l. prima verba singulariter, explicat.
- 183 Adducit etiam Ioannes Matiençii resolutionem, quod fideicommissario fit hodie restitutio ipso iure absq̄
- heredis, vel legatarij restitutione, & quod possessio fideicommissi potest a fideicommissario apprehendi absque heredis restitutione.
- 184 Et utrunque dictum temperatur, atque explicatur.
- 185 Prescriptionis exceptionem heredi obijci ita posse, ut eum in possessionem immitti, & remedium dictæ l. fin. impediatur omnino, modo exceptio liquida sit, vel incontinenti liquidabilis.
- 186 Prescriptio namque tollit transmissionis in possessionem articulum, quâ principalem petenda hereditatis.
- 187 Prescriptio, quæ requiratur, ut beneficium d. l. fin. C. de adict. Diu. Adr. Tol. excludatur.
- 188 Remedium possessorium dict. l. fin. & legis Soriana, anno non excludi, prout hic obseruatur.
- 189 Authores permulti comemorantur, & ingenti studio, eximioque labore congeruntur in unum, qui l. fin. C. de adict. Diu. Adri. Tol. materiam tractarunt, atque exornarunt.

**L**EG. finalis, C. de adict. Diu. Adri. Tol. materia diligenter, & dilucide, breuiter tamen, & vtiliter discutitur, ac inter alia principaliter inquiruntur ex professo nonnulla, l. inquam eiusdem, & l. 3. titulo 13. libro quarto, nouæ collectio. Regiæ, (quæ l. Soriana, vulgo nuncupatur) remedium, quibus, & quando cõpetat, vel non, quæ etiam adstringantur probare, qui legum earumdem benefi-

Caput XXI III.

ciū implorant, siue quæ requirantur, vt quis in summario, possessorioquē eius l. iudicio obtineat. Deinde, an semiplenæ probationes sufficiant, an verò plenæ necessariæ sint. Rursum, quando quis dicatur legitimus contradictor ad impediendā missionem in possessionem ex dictis legibus, & quæ vitia dicantur visibilia, aut inuisibilia, vt eam impediānt, vel non? An etiam admittantur probationes, seu exceptiones altiore indagine requirentes, & quando incontinenti probationes fieri posse, dicatur, vel non posse. Successori deinde maioratus (quod hactenus absolute satis explicatum nō erat) an remedium dictæ legis finalis, competat, fideicommissario etiam de iure communi, & hodie de iure regio post decisionem, l. primæ, titulo quarto, libro quinto, nouæ collectio, Regiæ, etiam nulla restitutione facta ab hærede (quod nullus itidem explicauerat absolute) an deniquē hæres hodie post decisionem eiusdem l. Regiæ primæ, possit à fideicommissario compelli, vt adeat hæreditatem, & sibi restituat, & de intellectu præfatæ legis primæ. Vbi in genti studio, & labore eximio, authorē aliorum interpretum placita, & resolutiones euoluisse, atque explicasse, & quam plurima dilucide, & diligenter magis, quā antea factū esset, obseruasse, libenter fatebitur quicumquē.



**R**O Dilucida huius, capit. explicatione, obseruandū, atque constituendum erit primo loco, materiā hāc vtilem equidem, & assiduam, atque in vsu forensi frequentem admodum, & quotidianam, & non modo in l. final. C. de ædict. diu. Adri. Toll. agitā plenissimē ab antiquis, & recētioribus, qui longa serie ediderunt repetitiones ad illum text. & materiam eandem prosecuti fuere latissime, sed etiam in alijs, innumerisque locis tractatā ab alijs per multis iuris interpretibus, quorum suo ordine specificam faciemus mentionem infra ad finem huius cap. interim vero, & ante alia lectorem monendū, transcribēdi vitio relicto, quod quidē ab instituto, & conditione nostra multum abhorret, id dūtaxat intēdisse hoc loco, vt visis, & prælectis eisdem, infinitisque iuris vtriusq; authoribus, & ipsis ingenti studio, & prolixo valde labore euolutis, & suo ordine illos recēseremus, vt & lectori vtilitatē afferat plerūq; nō modicam, & quærēdi alibi necessitate excuset omnino, vt etiā ex ipsis veriores sētērias, & quæ frequētius cōtingūt, in mediū pferamus, & dilucide equidē, atq; absolute & indistincte forsā magis, quā hactenus factū fuisset, quā plurima obseruemus, alia verò ceteris relinquamus, ac in effectudistinctione, breuitate, & resolutione tradamus hoc capit. resolutiones quorū dā, ex quibus tot, & adeò lata, atq; prolixa cōmentaria in proposito præsentis materiæ prodita ab alijs, prælegēdi regulariter, & congerendi, cum casus, & dubia se offerant, necessitas nō immineat.

**2** Obseruandum itaq; erit primo loco, per aditionē hæreditatis omnia quidē iura trāsire in hæredē ipso iure, & hæreditati acquiri, sicuti fuerant penes defunctū, hæres namq; defunctū ipsum repræsentat. l. cū hæres, ff. de acquir. possessio.

1. I. C. si certum petatur, l. 1. & 2. & per totum titulum, C. de hæredit. actionib. l. legatorum, ff. de de legatis secundo. l. si ego, §. si alicui, ff. de iure iuredotium.

3 Possessionem autem rerum hæreditariarum (nisi ipsa apprehensa sit) non acquiri hæredi per simplicem aditionem hæreditatis, per text. in d. l. cum hæredes, l. prima, §. Scæuola, ff. si quis testam.

4 lib. esse ius, sue. Nec cõtinuari possessionem defuncti etiam in suos hæredes, vt supra hoc eodem libr. 3. cap. 22. num. 19. & tribus sequentibus, latius probaui, & per multos iuris interpretes, ita tenentes adduxi. Et aduertit vltra locum ibidem relatum, alio in loco D. Espino, in Speculo. gloss. 34. principali, de apertura testamenti, numer. 2. & quinque sequentibus Angelus etiam Matthæatus, de legat. & fideicom. lib. 4. cap. 1. nu. 2.

5 Deinde etiam obseruandum est, posse hæredem propria authoritate ingredi, & apprehendere possessionem earumdem rerum hæreditariarum, cum bona vacantia sunt, & à nemine possidentur, nec iudicis authoritate opus esse. Quod scripserunt Bartol. num. 16. Bald. num. 3. Decius, num. 4. & Zuchard. num. 107. in dict. l. fin. C. de ædict. Diu Adri. Toll. Ripa, in rubrica, ff. quorum bonorum, numero secundo, Plotus in l. si quando numer. 85. & 93. C. vnde vi, P. P. Paris. in consil. 54. num. 1. & seq. lib. 3. & in consil. 37. num. 22. eodem libr. Socinus Iunior, in consil. 75. nume. 10. lib. 1. & cum alijs multis ita quoque obseruarunt Octavianus Chacheranus, decisione Pedemontana 34. num. 5. Iosephus Ludouicus, decisione Perusina 47. num. 2. prima part. & desione 69. num. 5. & 16. parte 2. Mieres, de maioratu, part. 3. quæsti. 17. num. 3. Ioann. Parladorius, rerum quotidianarum lib. 2. cap. 5. num. 1. Marc. Anton. Peregrinus, de fideicommissis, articulo 48. numer. 1. Angel. Matthæatus, de legatis, & fideicommissis, lib. 4. capit. primo, numero 3. eleganter Aluarus Valascus, consultatione 191. numer. 11. cum sequentibus, vbi post Bartol. Bald. Ti-raquel. & Roderic. Suarez, quod hæres

vniuersalis potest occupare hæreditatem propria authoritate (si nemo alius possideat, vel contradicat) nec requiritur ad hoc licentia iudicis, qui ex iure suo possessionem suam iustificat, & hæc est authoritas habentis iura principalia, & directa, vt per se ipsum possideat, nec ab alijs quærat, & id ampliat nume. seq. vt tibi videbis. Et repetit Valascus mentidem, in commentarijs, de partition. & collatio. capi. 3. per totum, vbi exornat per multis, & num. 3. deducit, quod possessionem vacantem alicuius rei potest propria authoritate ingredi omnis ille, qui titulum habet. Menoch. etiam, adipiscendæ possessionis remedio 4. num. 183. & an vxor pro dote sua possit manere in retentione domus, in qua habitabat cum marito, explicat ipse Valascus, dicta consultatione 191. num. 44. & de partitio. & collatio. dict. cap. 3. num. 10. vbi an possit etiam propria authoritate ingredi possessionem hæreditatis ab alio tertio occupatæ, & quod nõ possit, nisi prius eo citato, vt infra dicendum est, & latius ibi explicatur, & vide infra, num. 38. Idem quoque, quod hæres possit propria authoritate apprehendere possessionem rerum hæreditariarum vacantium, obseruauit Acchil. Personalis, de adipiscenda possessione, numer. 8. & nume. 19. Ioannes Gutierrez, in §. sui, institut. de qualitat. & differ. num. 75. & practicarum libro primo, quæstione 79. numero 1. & 2.

9 Vbi inquit, quod filius, vel alius hæres ex testamento, vel ab intestato, si recta via bona ad se pertineant, potest propria authoritate ea occupare, dummodo ab alio non sint possessa, nec incidit in pœnam, l. tertie, titulo 13. libro 4. nouæ collectio. Regiæ, quæ est l. de Soria, & dicto numero 75. & numero 2. in dicta quæstione 79. Inquit etiam, quod filius absens tempore mortis patris reuersus, inueniens fratrem possidere, potest propria authoritate ingredi possessionem bonorõ patris, vt in l. 8. tit. de lasherencias, lib. 3. fori, & latius per Roderic. Suarez, ibi relatum, & adeo potest, atq; suo

iure hæres ingredi possessionē bonorū vacantiū, vt & debeat in ea possessione à iudice defēdi, atq; tueri, si alius tertius in ea possessione sic apprehensa ipsum molestare voluerit. Decius, in d. l. fin. C. de ædict. Diu. Adri. Tol. nu. 5. in fin. & ibidem Zuchar. nu. 102. Plotus, in d. l. si quādo, nu. 84. P. P. Paris. in cons. 41. num. 35. libr. 1. Gramaticus, cons. 64. in ciuilibus. Acchil. Personalis, de adipiscenda possessione, nu. 10. & 11. Anton. Gomet. in l. 45. Taur. nu. 118. ad fin. qui habetur post num. 192. & disputans ex professo Aluarus Valasc. d. consult. 191. per totam, vbi pro vna, & altera parte, quod debeat, & quod non debeat possessio huiusmodi, à iudice cōfirmari, & defēdi: plurima adducit notanda, & vtilia, tandem num. 23. & seq. resolutiue inquit, quod si is, qui possessionem occupauit propria auctoritate, omnino est intrusus, quia sine auctoritate iudicis, nec titulo de colore tituli possessionem occupauit, deiciendus est à possessione, & tradenda ei, qui facultatem habuerit à iudice, quoniam huiusmodi in beneficialibus, etiam est proprie intrusus, vt ibidem probat nu. 25. quod si quis habet titulum verum (inquit ipse Valasc. nu. 26.) & ius ad bona, quanuis propria auctoritate ingrediat, non erit expellendus, nam talis etiam in beneficialibus non dicitur intrusus, nec incoloratus. Postmodum nu. 29. & 2. seq. constituit differentiam inter beneficialia, & prophana, vbi ad adipiscendam possessionem vacantem, sufficit, quod quis tanquam dominus, vel quasi dominus ingrediat, l. cū quærebatur, vbi Bartol. & omnes, C. vnde vi, in beneficialibus verò possessio dicitur decolorata, quando quis licet titulum habeat, ingreditur tamen eam absque superioris auctoritate, & sic defectus licentiæ superioris inficit possessionem, vt per Innocentium ibi relatū, & alios authores. Et Valasco satis aperte conuenit Ioannes Gutierrez, practicarum libro primo, dicta quæstione 79. numero primo, licet articulum non disputauerit aliquo modo, dixit namquē,

posse hæredem ex testamento, vel ab intestato apprehendere possessionē bonorum propria auctoritate, si recta via ea ad se pertineant, vt supradicebamus, quasi sentiat contrarium, vbi ad se non pertineant, vt supra retuli Gutier. metipsum. Et ita quoque intelligi debet Azueu. in d. l. 3. tit. 13. libr. 4. nouæ collectio. Reg. nu. 57. Mieres, de maioratu, part. 3. quæstio. 14. maximè ex nu. 10. & iunge Menochiū, de adipiscenda possessione, remed. 4. ex nu. 348. Quocirca, & consequenter apparet rectius, & vrbanius hæredem facturum, quamuis (vt dictum est) possessionem bonorū hæreditariorū possit propria auctoritate apprehendere, si eam iudicis auctoritate ingrediat, & antequam in illam apprehendendo, ab alio præueniatur, iuxta constitutionem dict. l. fin. C. de ædict. Diu. Adri. Tol. Cuius prouisio non fuit necessaria, sed ad bene esse tantū fuit sancita, prodi taque secundum Castrensem, & Deciū, ibidem, nu. 7. in fin. & refert Personalis, de adipiscenda possessione, nu. 20. & vltra relatos ab eo. Ioseph. Ludou. decis. Perusina 69. nu. 5. & subdit nu. 16 sibi nūquam placuisse intellectum Castrensis, Decij, & aliorum, quod lex illa fuerit inducta ad bene esse, ea ratione, quia lex illa dat formam hæredibus scriptis, quī volunt adipisci possessionem bonorum eis relictorum, vt adeāt iudicem, eiquē ostendant testamentum non abolitum, neque cæcelatum, &c. Si ergo hæredes scripti possent ingredi propria auctoritate, frustratoria fuisset dispositio illius, l. finalis. Propterea Ludouicus metipse existimabat (vt inquit numero 17.) intelligendam communem sententiam Doctorum in hæredibus non scriptis, qui per dispositionem illius l. finalis tenentur adire iudicem, & quod iste intellectus sibi videtur verissimus, quāuis communis opinio sit in contrarium, à qua profitetur recedendum non esse. Ego verò vt in eam sententiam interponam circa prædicta, animaduerto imprimis, Doctores communiter (quod equidem mirum est) non explicasse placitum

citum illud Castrensis, & Decij, ab bene  
 esse duntaxat proditam constitutionē  
 dictæ l. finalis, nec fuisse necessariam.  
 Verè tamen constitutionem eandem,  
 nouam esse in multis, vt Zuchardus ibi-  
 dem scripsit numero 48. & sequutus est  
 Menochius, adipiscendæ remedio 4.  
 numero 13. & hæredibus non modo ne-  
 cessariam, sed & fauorabilem, vt idem  
 Zuchardus, numero 60. ad finem, nu-  
 mero 187. num. 199. & numero 251. post  
 Decium, Curtium Iuniorē, & Man-  
 tuam, in eadem l. finali probauit, & se-  
 quitur Menochius, dict. remedio quar-  
 to, numero 37. 38. & 39. dari deinde l. ip-  
 sius beneficium hæredibus scriptis dun-  
 taxat, vt dicitur statim, & inde falsum  
 esse intellectum relatum Ioseph. Ludou-  
 uici, & contra textum eundem, & com-  
 munē probandam omnino, vtpote ver-  
 bis expressis, l. illius deductum, nec iure  
 procedere assumptum illud, siue argu-  
 mentandi modum, hæres potest propria  
 auctoritate capere possessionem bono-  
 rum hæreditariorum, cum vacant, ergo  
 necessaria non fuit dict. l. finalis consti-  
 tutio, fuit namque necessaria in eo, & a-  
 lijs multis, & non tantum ad bene esse  
 instituta, ob id etiã, quod hæredes scrip-  
 ti plerunque nolint propria auctori-  
 tate, sed iudicis licentia, & decreto hære-  
 ditariorum bonorum possessionem ap-  
 prehendere, & tunc quomodo id fieri  
 debeat, & necessarium fuit exprimere,  
 & ea l. singulariter statuitur. Frequen-  
 ter etiam, cum contradictores, & cohæ-  
 redes etiam existant, inter quos magnæ  
 sunt contentiones, & alia concurrant, quæ  
 hæredem scriptum, eius l. beneficio ma-  
 gis vti, quàm proprio iure possessionē  
 assequi suadeant, necessarium adeò fuit,  
 formam siue modum possessionis petē-  
 dæ statuere, vt prætermitti id adeò fre-  
 quens, & necessarium absque iniuria  
 non posset, cum plerunque etiam, & si  
 hæredes bona vacantia arbitrètur, pos-  
 sideantur, vel detineantur ab alijs, quan-  
 uis dict. l. finalis beneficium concedatur  
 etiam nemine possidente, vt per Me-  
 nochium, dicto remedio quarto, nume-

ro 49. & dissentiones maxime, atque  
 rixæ impediatur, si ordo præfata, l. ab  
 hæredibus obseruetur: merito ergo, at-  
 que iustis, & multis de causis proditum  
 fuit possessorium, & summarium eius,  
 l. remedium. Quod competit omnibus  
 vniuersalibus successoribus ex testamē-  
 to, primis, secundis, & vltioribus, vt  
 ibidem probarunt omnes Scribentes  
 communiter, & eleganter Acchil. Per-  
 sonalis, de adipiscenda possessione, nu-  
 185. M. Anton. Peregrin. de fideicom-  
 mis. articul. 48. numero primo, qui re-  
 cte obseruauit, inter hæredes scriptos  
 in primo gradu, & inter alios hoc inte-  
 resse, quod hæres scriptus ex sola osten-  
 sione testamenti in forma probante, nõ  
 aboliti, nec cancelati notorium facit iu-  
 dici, in casu esse, vt in possessionem mit-  
 tatur. Sequentes verò, veluti substitu-  
 tus vulgariter, exemplariter, aut pupil-  
 lariter, non aliter, nisi notorium iudici  
 faciant, euenisse casum substitutionis. Et  
 idem est in hærede hæredis, nam hære-  
 ditatem in eum transmissam liquidare  
 oportet. Et in fideicommissario, nam  
 casum fideicommissi, & substitutionis  
 liquidare eum, necesse est. Et ita sanè ob-  
 seruauit, atque magistraliter docuit Bar-  
 tol. in d. l. fin. nu. 9. & 10. & 11. Et differen-  
 tiam præfatam inter hæredem scriptum  
 primo gradu, & alios sequentes, etiam  
 vniuersales successores, post Angel. Sa-  
 lic. & alios multos probarunt Zuchar-  
 in eadem l. fin. nu. 211. Beroi. in conf. 57.  
 col. 1. lib. 2. Menoch. d. remed. 4. nu. 205.  
 & 212. Anton. Gomet. in l. 45. Taur. nu.  
 139. Acchil. Personalis, de adipiscenda  
 possessione, num. 185.

17 Hæredes autem ab intestato succedē-  
 tes, non fruuntur beneficio d. l. finalis,  
 nec eo remedio possessorio vtuntur,  
 quia non sunt hæredes scripti, de qui-  
 bus lex illa loquitur, ac proinde in eis  
 cessat suppositum ipsius, l. & sic conclu-  
 dunt interpretes omnes, in eadem, l. fi-  
 nal. quos longa serie cõgessit, & sequu-  
 tus est Iacob. Menoch. dict. remedio 4.  
 numero 54. & numero 54. vsque ad nu-  
 merum 75. Roland. in confil. 1. num. 5. li-

bro primo, Parisius in conſil. 60. num. 1. lib. 1. Cephal. in conſil. 4. num. 34. lib. 1. Sebaſtianus Medicis, in tract. de acquir. & conſeruand. rerum dominio, gloſſa 1. part. 2. num. 194. verſic. ſecundo declaratur, fol. 25. columna 3. Borninus Caualcanus deciſione 20. numer. 25. part. 3. Achilles Personalis, de adipiſcenda poſſeſſione, ex numero 4. cum ſequētibus, Molina, de Hiſpanorum primogenijs, libro 3. cap. 13. numero 44. & 51. Marcus Antonius Peregrinus, de fideicommiſſis, articulo 48. numero 2. Ioannes Philip. in ſumma vtriuſque iuris, ad titulum C. de ædiſto Diui Adriani Tollendo, numer. 2. folio mihi 207. Ioannes Curierrez, in §. ſui, inſtitut. de hæred. qualitatē & differentia, numer. 74. per totum, Ioannes Parladorus, rerum quotidianarum, lib. 2. cap. 5. numero 2. Azeuedius in l. 3. titul. 13. libro 4. nouæ collectionis Regiæ, numero primo, & numero 31. Mieres de maioratu, parte 3. quæſtione 17. numer. 25. Zauillos, commun. contra communes, quæſtione 10. numero 6. & rationē, quare ſuccedentes ab inſtato non habeant remedium dictæ, l. finalis, aſſignauit Menochius, dicto remedio 4. numero 65. & ſequent. Aliam aſſignauit Personalis, vbi ſupra, dicto numero 4. quæ in idem tendit, aliam & ab illis duabus diuerſam, Ioannes Philip. tradidit ad dictum titulum, vbi videri poterit.

19 Officio tamen iudicis, quod & ſucceſſores ab inſtato in poſſeſſionem bonorum mittantur, & conſequantur beneficium dictæ legis finalis, ex gloſſa, Baldo Præpoſito, Parisio, Socino, & Guido Papa, obſeruauit Marcus Antonius Peregrinus, de fideicommiſſis, dict. artic. 48. numero 2. qui numero 3. Propterea inquit videri, nullam in eſſe effectualem differentiam inter hæredem ſcriptum, & inter legitimum, nam & hæres ſcriptus iudicis officio nobili mittitur in poſſeſſionem, etiam contradicteore exiſtente, vt Bald. Salicet. Caſtrenſis, Decius, Mantica, Zuchardus, & Verolius ibidem commemorati tradiderunt, Rolandus in conſilio primo, numero ſeptimo, li-

bro primo, vbi ſequitur opinionem Baldi, ita demum, vt filio ſuo hæredi competat tantum officium iudicis ab inſtato, vt mittatur in poſſeſſionem, non vero extraneo, & ibidem tenuit Achil. Personalis, de adipiſcenda poſſeſſione, numero 7. vbi inquit, filio ab inſtato ſuo patri ſuccedenti, non competere remedium dictæ legis finalis, ſecundum crebriorem Doctorum ſententiam, per iudicis autem officium, tunc fauorabiliter imploratum, in poſſeſſionem immitti, ex Iaſone, Parisio, Socino, & Maranta, ibi relatis, quorum opinionem de æquitate veram eſſe, cenſuit Personalis metipſe, ſi non aliud eidem remedium competat. Et in his terminis, quando inquam filius ſuccedit ab inſtato patri ſuo, iudicis officio (vt dixi) beneficium dictæ legis finalis conceſſerunt ei & alij permulti, in extraneo verò denegarunt. Peregrinus autem (vt vidisti) omnibus ſucceſſoribus ab inſtato iudicis officium conceſſit, quod Baldus, præcipuus huius ſententiæ author, nõ ita generaliter ſtatuit. Alij verò & e contra, abſolutē & indiſtinctē ſuccedentibus ab inſtato denegarunt beneficium eiufdem legis finalis, & ſic nec etiam iudicis officio implorato. Et horum ſententiã de rigore iuris, & attenda deciſione, verbis etiam expreſſis dictæ legis finalis, ſeruatis, veriſſimamque equidem arbitror, & a Menochio, dicto remedio 4. numero 75. & ſequentibus, contra Baldum, & alios, rectius probatur. Vere namque & ſi filius rei ipſa hæres ſit, non tamen poteſt oſtendere teſtamenti ſcripturam, qua notoriē conſtet, ſe hæredem, quem admodum conſtitutio dictæ legis finalis requirit, & Curtius Iunior, numero 68. & Zuchardus, numero 11. poſt Caſtrenſem, rectiſſimē obſeruauerunt, & à ſententia Baldi, reſeſſerunt, & ſecundū hæc æquitas illa DD. ex qua implorari iudicis officiū dicebant hi, qui Baldi partes amplectebantur, iurē non modo ſubſiſtit, ſed ex deciſione dictæ legis finalis ſubuertitur omnino, aliaquē via & remedio conſultum eſſe poterat filio, vt de ſe notum eſt.

21

Hodie verò apud nos ex decisione l. Regiæ, 3. titul. 13. lib. 4. nouæ collect. Regiæ (quæ lex de Soria nuncupatur vulgari-ter) aliter statutum apparet, vt scilicet venientibus quoque ab intestato compe-tat remedium & beneficium dictæ legis finalis, quod est summarium, & executi-uum, vt mittantur in possessionem rerû hæreditariarum, & eam consequantur, quod non solum in suis locum habet, prout Baldus, & cæteri de iure commu-ni, ex officio iudicis existimarunt, sed e-tiam in quibuscunque cõsanguineis, qui succedendi ab intestato in bonis defun-cti, ius obtineant, vt probat dicta l. Soria-na in sui principio, ibi: *Si alguno finare, y dexare hijos legitimos, o nietos, o dende a yuso, o otros parientes propinquos, que ayan derecho de heredar sus bienes por testamento y ab in-testato.* Et iterum in versiculo, *que las ju-sticias,* & optimè deduxit Ioann. Gutier-rez, in dicto §. sui, numero 72. 73. & 74. & adijcit prædictum remedium non solû dari ex l. illa Regia venientibus ab inte-stato, sed etiam hæredibus scriptis in te-stamento, vt probatur ex verbis ipsius, ibi: *Por testamento, o abintestato.* Et sic ap-probat in eo quod dicit de testamento decisionem dictæ l. finalis, & l. partitæ: in eo verò quod dicit de venientibus ab intestato, non erat dispositum sic de iu-re communi, imò contrarium dispositû, vt dictum remanet, præterquam de iudi-cis officio suis tantum competenti pro-pter existentiam suitatis, non verò alijs, quam suis competeat dictum officium, imò (vt ego animaduerto vltra Gutie-rrez eundem) nec suis competeat, ex sententia contraria, & veriori, quam su-pra probaui, aut saltem id summam dif-ficultatem habebat, nec ita expressim fuerat, & clarè decisum. Hodie verò ge-neraliter omnibus venientibus ab inte-stato, competit præfatum remedium possessorium per dictam l. Sorianam. Idcirco (vt rectè obseruauit Gutierrez metipse, dicto num. 74. ante finem) om-nia dicta & tradita per DD. in d. l. fi. C. de ædict. Diu. Adria. tol. & alibi sæpè, circa materiam l. eiusdem, quæ ex testamēto

loquitur, habebunt etiam locum ab inte-stato, & in casu d. l. Sorianæ, quam fecit practicari quotidie Rodericus Suarez, ibi relatus, & Gutierrez ipse practica-uit, vt quoq; retulit eodè in loco. Et idè pariter obseruauit Ioan. Parla. rer. quo-tid. lib. 2. c. 5. n. 2. per totû, vbi rectè ani-maduertit, remediû hoc Sorianæ, l. ab il-lo d. l. fi. differre, quoniam remediû hoc datur omnibus successoribus, siue ij cõ-sanguinei fuerint, necne. Cæterû Soria-næ l. remedium solum datur liberis, aut consanguineis. Rursum illud datur tan-tum ex testamento, Sorianum autem da-tur, tam ex testamento, quàm ab intesta-to. Præter has igitur differentias (subdit ipse Parlad.) cæteris in casibus hæc duo remedia mutuo inter se conueniunt, si-bique inuicem respondēt proinde, quæ ad interpretationem dictæ l. fi. ibidem ef-fussè à Doctoribus traduntur, ad dictam quoque, l. Regiam pertinere, dicendum est, vt ibi probat nu. 3. obseruauit etiam id ipsum Azeuedus, in eadem l. 3. titu. 13. lib. 4. recop. nu. 1. vbi inquit, remedium eius l. non solum competere filio, verû etiam alijs consanguineis trãuersalibus testatoris, & nu. 31. vbi inquit, quod com-munis interpretum sententia, quæ erat de iure communi, quod remediû d. l. fi. non competeret venientibus ab intesta-to, corrigitur hodie per l. illam, quod & Zauillos adnotauit commu. contra cõ-mu. q. 10. nu. 6. Et quanuis Pelæz a Mie-res, de maior. p. 3. q. 17. n. 25. rectè obser-uauerit, communem opinionem esse de iure communi, quod filio succedenti ab intestato non competat remedium d. l. fi. finalis, quia dicta lex loquitur condito te-stamento, & non aliter est locus eidem, in quo (vt vides) conuenit sententiæ eo-rum, quam cû Menochio probauimus. Quatenus tamen statuit Mieres metipse idem quoque hodie obseruandum post d. l. Regiam 3. decipitur manifeste, siqui-dem contrarium adeò expressim dedu-citur ex verbis ipsius l. relatis supra.

23

Legatarijs verò, aut fideicommissarijs particularibus non competere reme-dium dictæ l. finalis, C. de ædicto Diui Adrian.

24 **Adriani Tollend.** Planum equidem est, & cōmuni scribentium omnium placito probatum, quoniam de his non loquitur dicta l. finalis, nec tantus ipsis debetur fauor, & ita scripsit Baldus, in eadē l. finali, ante numerum 39. & sequuntur quamplurimi relati per Menochium, ad ipiscendā, dicto remedio quarto, numero 132. cum sequētibus, & alij statim referendi. Nec id immutatur ex decisione dictæ legis Regiæ 3. titulo 13. libro 4. Recopilationis. Nametsi ea in lege expressum fuerit, hēredibus vniuersalibus competere remedium executium, vt mittantur in possessionem bonorum hēreditariorum: legatarijs tamen, aut fidei commissarijs particularibus non idem ius conceditur in eadem l. nec alibi in iure, sicuti explicarunt latius, & disputarunt articulum eum, an scilicet legatum relictum in testamento habeat executionem paratam, post Rodericum Suarez, Seguram, & alios multos, Auiles, capit. 10. Prætorum, glossa, execucion, numero 8. Padilla in athen. hoc amplius, numero 23. C. de fideicommissis, Petr. de Peralt. in l. prima, numero 85. ff. de legatis secundo, Parladorus rerum quotidianarum, libro 2. cap. finali, prima parte, §. 9. numero 2. D. Paz, in praxi, 4. parte primitomi, cap. primo, numero 19. & 3. tomo, cap. 4. §. primo, numero 49. & 50. Ioseph. Ludouicus, decisione Perusina 23. per totam, Andre. Fachineus, controuersiarum iuris, libro 5. capite 31. fol. 591. Humada, in l. prima titulo 11. partita prima, glossa prima, num. 4. Antonius Gometius, in l. 45. Tauri, ex nume. 137. Doctor Spino, in Speculo testamentorum, glossa 34. principali, ex numero 35. Azeuedius, in l. prima, titulo. 21. numero 20. libr. 4. nouæ Collectionis Regiæ, Ioann. Gutierrez, practicarum libro primo, q. 80. per totam, quo loci negatiue, & vere resoluit disceptationem hanc, videlicet, testamentum pro legatis & fideicommissis particularibus non habere executionem paratam, nisi præcepto iudicis de soluendo præcedente, & recognitione, hoc est, confessione ipsius hæredis,

vel si omittatur confessio, non tamē dubitatur de viribus testamenti, nec ipsum negatur, nec arguitur de falso, & præcefit præceptum de soluendo, hæresque non soluendi nullam rationabilem causam allegat, & subdit numero 3. & 4. testamentum habere paratam executionem pro legato corporis hæreditarij, vel speciei, vel quantitatis ad pias causas, secus tamen pro alio legato ad non pias causas, etiam hodie post decisionē dictæ l. Sorianę, vt dixi, Iacobus Valdesius in additionibus ad Rodericum Suarez. ad l. quoniam in prioribus §. 7. notabili 6. versicul. secundus casus est, folio 107. Dueñas regula 15. Zauillos, comuni. contra comun. quæstione 103. ex numero 38. vbi in omnibus conuenit superiori Ioan. Gutierrez resolutioni, & inquit, quod pro legato speciei nō fit executio, sed statim fit missio in possessionem ipsius rei, at verō pro consequēdo legato quantitatis agitur via executiua, vocādo hæredem coram iudice, exhibito testamento, & interrogando, an sit hæres, necne? etsi confiteatur se hæredem esse, consequitur legatarius legatum via executiua, virtute confessionis illius, & refert Doctor Paz, dicentem, receptum esse in praxi, quod legatum habeat paratam executionem, præcedēte iudicis mandato, factō hæredi de soluendo intra breue tempus, eoque transacto executioni mandari legatum. Similiter, quod filius melioratus, sicut nec legatarius, non possit petere se mitti in possessionem ex ædicto Diui Adriani, & beneficio dictæ legis finalis, sed quod de manu hæredis debeat accipere possessionem meliorationis, sicut & legatarius rei legatæ, resoluit Iacobus Valdesius, vbi supra in §. 7. num. 10. & 19. folio mihi 96.

25 **Cæterum obseruandum est,** remediū dictæ legis finalis, C. de ædict. Diui Adr. Tollend. successorī maioratus competere, pro consequenda actuali maioratus possessione, vt puta si sit institutus vniuersaliter, & in hæreditate sunt bona maioratus, vel maioratus eiusdem successionē

*ad l. ad litz  
quod Martin  
di Dacy sua  
res etiam  
eio nos legioy  
nullo*

*ad l. multa  
contra iudic  
rent*

*nota vbi saw  
hual*

*an legatum  
in testamento  
habeat execu  
tionem paratam*

*ad l.*



fione vniuersali delata, nam poterit pe-  
 rere se mitti in possessionem bonorum,  
 virtute & constitutione dict. l. finalis. Id  
 quod interminis adnotauit Antonius Go-  
 metius in l. 45. Tauri, num. 118. qui habe-  
 tur post numerum 192. folio mihi 217. &  
 pro ea sententia septem præcipua funda-  
 menta expendit iuridice. Vera namque  
 in successorem maioratus, tamen si tran-  
 feat civilis & naturalis bonorum maio-  
 ratus possessio, ex ministerio & disposi-  
 tione l. 45. Tauri, remedium autem di-  
 ctæ legis finalis, sit adipiscendæ posses-  
 sionis, vt statim dicetur, quod dari non  
 potest illi, qui possidet, nec illi qui desijt  
 possidere, vt Antonius ipse Gometius,  
 dicto num. 118. in principio notauit, & vl-  
 tra eum Iason, in dict. l. fin. num. 9. Ludo-  
 uicus Molin. de Hispanorum primoge-  
 nijs, lib. 3. cap. 13. nu. 2. qui etiam dubium  
 metipsum excitauit, videri inquã, quod  
 cum maioratus successor, verè, atque ci-  
 uiliter & naturaliter possideat, non pos-  
 sit intentare remedium adipiscendæ, Ia-  
 cobus Menoch. de adipiscenda, remed.  
 4. num. 179. Nihilominus tamè obtinuit  
 frequentius, posse maioratus successo-  
 rem intentare dictum remedium, ad hoc  
 vt efficiatur realis & actualis possessor.  
 Et ita resoluit Molina, dicto capite 13. nu-  
 26 mero 2. qui subdit numero 3. Quod pos-  
 27 sessor civilis & naturalis potest intenta-  
 re interdictum adipiscendæ, pro conse-  
 quenda actuali & corporali detentatio-  
 ne, & numero 4. quod possessio civilis  
 28 & naturalis acquiritur ex constituto, vt  
 ibi probat, & nihilominus (vt etiam pro-  
 bat numero 5.) possidens ex constituto,  
 potest interdictum adipiscendæ propo-  
 nere, pro consequenda actuali possessio-  
 29 ne, & numero 6. inquit ipse Molina, in-  
 terdicta etiam recuperandæ, & retinen-  
 de competere maioratus successor, &  
 numero 7. posse a successore maioratus  
 30 diuersis respectibus cumulari. Et secun-  
 dum hæc, clarè sustinet Molina Anto-  
 nij Gometij obseruationem præfatam,  
 tam in loco relato, quàm per discursum  
 totius illius capit. 13. remedium inquã  
 dictæ legis finalis, C. de ædicto Diui A-

driani tollendo, successor, maioratus  
 competere. Idque quod attinet ad pri-  
 31 mum vocatum ad maioratū, siue ad suc-  
 cessorem primum hæredem scriptū, in-  
 dubitatum equidem erit hodie ex decif.  
 eiusdem l. fin. & si difficultatem proposi-  
 tam habere videretur, in alijs vero vlte-  
 rioribus successoribus, siue in vocatis,  
 aut substitutis vlterius, vel qui progres-  
 su tēporis successionis ius obtinuerunt,  
 id ipsum statuendum equidem erit, & in-  
 de in infinitum competere successor, aut  
 successoribus maioratus, remedium  
 adipiscendæ, ex d. l. fin. pro consequenda  
 actuali & reali bonorum possessione,  
 modo ipsi successionis casum euenisse  
 ostendant, & scripturam maioratus au-  
 theticam, atque eiusdem institutionem,  
 seu foundationem claram ostendant, si-  
 ue legitimis alijs modis successionem  
 prætant. Idque ex dictis supra hoc  
 eodem cap. num. 15. & 16. remedium di-  
 ctæ l. fin. competere omnibus vniuersa-  
 libus successoribus ex testamento, pri-  
 mis, secundis, & vlterioribus, modo iu-  
 dici notum faciant, casum substitutionis,  
 aut vocationis suæ euenisse, prout Pere-  
 grinus relatus ibi animaduertit singula-  
 riter. Et confirmatur eadem resolutio,  
 Ludouici Molinæ autoritate, libro 3.  
 dict. cap. 13. numero 2. & sequen. quo lo-  
 ci nō distinguit inter primum vocatum,  
 & cæteros substitutos, aut successores  
 vlteriores, sed indistinctè tradit succes-  
 sori maioratus competere remedium  
 adipiscendæ, pro consequenda actuali  
 & reali possessione bonorum maiora-  
 tus, quasi indistinctè & generaliter suc-  
 cessori cuiumque competat: at dictæ l.  
 finalis remedium adipiscendæ est, vt su-  
 pra dixi, & inferius obseruabitur. Au-  
 thoritate etiam Antonij Gometij in l.  
 45. Tauri, numero 139. confirmatur, &  
 Iacobi Menochij resolutionibus, de a-  
 dipiscenda, remedio quarto, numero  
 199. & numero 208. vbi quod substitu-  
 ti, eueniente conditione instituti dicun-  
 tur, & numero 209. quod substitutus, hæ-  
 res dicitur, & numero 210. quod hære-  
 dis appellatione, substitutus venit, & nu-  
 mero

*Successor maioratus  
 videtur ad hunc  
 in p. p. d. bonorum  
 et est pro uariis  
 h. i. c. l. fin.*

*atq;*

mero 212. quod substitutus tunc consequitur remedium dictæ legis finalis, C. de edicto Diui Adriani tollendo, cum substitutionis casum euenisse, probat, & numero 236. & 237. & numero 348. quæ omnia ita pariter ex alijs multis authoribus, resolutiuè tradidit Achilles Personalis, in commentarijs, de adipiscenda possessione, ex remedio d. l. fi. ex nu. 185. cum seq.

32 Comprobatur deinde eadem pars; nam etsi in articulo fideicommissarij, lōga serie ab interpretibus agitato, resoluti soleat communiter, fideicommissario non competere remedium dictæ legis finalis, cum nec re, nec verbo restitutio facta est, vt infra dicetur, atque ex cōmuni sententia tradiderūt Antonius Gometius in dicta l. 45. Tauri, nume. 138. latus Menochius dicto remedio quarto, ex numero 178. cum multis sequētib; Personalis ex numero 186. In successore tamen maioratus longe diuersam militare rationem, deprehenditur manifeste ex his, quæ Ludouicus Molina, de Hispanorum primogenijs, libro primo, cap. primo, numero 14. singulariter annotauit, quod quanuis de iure communi non dentur actiones fideicommissario vniuersali, nisi re, aut verbo fideicommissio restituta, l. prima, in principio, l. restituta. ff. ad Trebellianum. In maioratibus tamen Hispaniæ secus esse, nam transit in successores vltiores, & vocatos dominium, & possessio, sine aliqua restitutione, reali, nec verbali. Idque coadiuuatur ex resolutione alia Burg. Salon de Pace, & Antonij Pichardi, de quibus ad finem huius capituli agendum est.

34 Rursus & comprobatur, quoniam cum a iure, a lege, vel statuto deferuntur iura & actiones fideicommissario, etiam si nec verbo, nec facto restitutio facta fuerit, cōpetit eidem remediū dictæ legis finalis, ac si restitutio sibi facta fuisset, sicuti post alios multos obseruarunt Menochius, dicto remedio 4. numero 199. cum sequentibus, Personalis, de adipiscenda, ex numero 186. & sequentibus

quorum resolutiones, atque in eo proposito obseruationes, mire conueniunt casui præsentis, extante decisione dictæ l. 45. Tauri.

35 Denique & eadem resolutio confirmatur, & in fortioribus terminis, ex singulari alia Ludouici Molinæ resolutione, libro tertio, eodem cap. 13. numero 50. & 51. quatenus resoluit remedium dictæ l. 45. Tauri, competere ei, qui prætendit maioratus successionem ex immemoriali præscriptione, nec vrgere in contrarium decisionem dictæ l. fina. C. de edicto Diui Adriani tollendo, ostendit admodum erudite, vt ibi videbitur. Et idem resoluit, & Molinam sequitur Azcued. in l. 3. tit. 13. lib. 4. nouæ collect. Regiæ, num. 32. sed Molinam eundem, dicto cap. 13. numero 54. dicentem, remedium dictæ legis finalis, adipiscendæ, & competens successor maioratus ex l. 45. Tauri, non dari contra titulo possidentem: merito improbat Ioannes Parladorius, rerum quotidianarum, lib. 2. cap. 5. numero. 8. & vltra eum, idem quoque quod Parladorius resoluit Marcus Anton. Peregrin. de fideicommissis, articulo 48. numero 51. 52. 53. Menochius remedio 4. numero 48. vbi ex alijs multis authoribus affirmat, remedium dictæ l. finalis, dari etiam contra titulo possidentem, & an vxori pro medietate lucrorū competat remedium dictæ l. finalis, vel de manu hæredis ea capere debeat, vide Azcuedum in dicta lege tertia, titulo 13. libro quarto nouæ collectionis Regiæ, numero 19. & iunge Parladorium rerum quotidianarum libro secundo, dicto cap. 5. numero 13. vbi de eadem questione, & an pro eis sit legitimus contradictor, & eodē nu. 13. an pro dote habeat remediū possessorium, & an pro ea legitimus sit contradictor ad impediendam missionem in possessionem ex d. l. fi. & vtrāq; quæstionem iuridice equidē & vere resoluit, & numero 16. & sequentibus, an successor in maioratu legitimus sit contradictor, & impediatur beneficium dictæ l. finalis, optime explicat. & nu. 19. & seq. vsque ad nume. 24. quod quando vlti-

40 vltimus maioratus possessor habebat bona, tanquam bona maioratus, vocatus ad primogenium, est legitimus contradictor. & si non constet de titulo maioratus. & debet præferri hæredi in adipiscenda possessione, quod rectè ibi resoluitur & iuridicè, & est notandum, cū frequenter contingat, maioratus vltimum possessorem de bonis maioratus disponere, & contendere, quod in ipso vocationes omnes, & simul maioratus finiuntur, aliumque hæredem instituit, tunc namque, is qui de iure, ac iuxta ordinem succedendi admitti debet, impediet equidem hæredi instituto remediū dictæ l. finalis, nisi ipse in continenti de iure suo paratus sit edocere, vt infra dicitur, quod tamen in successione maioratus. & in casu proposito raro continget, cū nisi altiori indagine quæstio ea, & an maioratus finitus sit, necne, defini non valeat, vt alio loco libri 2. quotidian. harum controuersiar. iur. cap. inquam 22. latius scriptum reliqui.

41 An etiam si plures de genere & familia instituentis maioratum, concurrunt ad successionem ipsius, & vnus de facto propria auctoritate, & non iudicis se ingerit in possessionem alijs reclamantibus, vel ignorantibus, aut absentibus, is sit tuendus in possessione contra alios, vel alijs petentibus sint bona maioratus sequestranda: & quando sequestrum fieri debeat, explicauit optime Aluarus Valascus, consultatione 191. per totam, vbi vide omnino, & iunge Mier. de maioratu, part. 3. quæstio. 7. per totam, vbi plene, an sequestrum admittatur in bonis maioratus, vide etiam Stephanum Gratianum, discept. forensi. cap. 114. per totam vbi latè agit sequestri materiam, & pendente appellatione, quando sit concedendum sequestrum ex officio iudicis, siue ad instantiam partis, & an possit ab eo appellari: reuocatio etiam sequestri an debeat fieri in fine litis, & duret etiam in causa appellationis. Et de his & alijs necessarijs in materia sequestri, vide etiam nouissime Alexandrum Tré tacinquium, variar. resolut. iur. vol. 1. lib.

3. tit. de transactionib. resolut. 12. fol. 85. vbi plene, an & quando sequestrum locum habeat, Cardinalem Dominicum Thuscum, practicarum conclusionum iuris, tom. 7. litera S. verbo sequestrum, conclusione 201. cum sequen. vsque ad conclusionem 217. ex fol. 263. vsque ad folium 270.

43 An etiam filio meliorato competat remedium dictæ legis finalis, vide Azeuedum, in dicta l. 3. tit. 13. num. 16. libr. 4. Recop. & iunge Burg. de Paze in cōfil. 39. numero 8. & seq. vbi agit, an filius sit legitimus contradictor ad impediendum remedium dictæ l. finalis, pro rebus in quibus fuit melioratus cum refer

44 uatione vsusfructus, aut clausula constituti, ex quibus transfertur possessio, vt

45 ibidem, num. 8. & 9. & an missio in possessionem ex remedio dictæ legis finalis vel dictæ l. 3. titulo 13. lib. 4. Recopil. habeat locum contra voluntatem testatoris, in eodem cons. 39. numero 11. & 12. explicat Et quid quando constat de iure possessoris, vel possessor eandem in

46 missione possit petere, ibidem tractat numero 2. & 3. Et via ordinaria intentata, an actor possit redire ad summariam

47 & possessoriam viam, vide ibidem, numero 7. Et an filij possint agere ad possessionem bonorū, quæ pater ante mor-

48 tem concesserat filijs, & illorum traderat possessionem, vide Mieres, de maioratu, 3. part. quæstio. 17. per totam, vbi numero 21. singulariter explicat dictam l. Regni 3. tit. 13. lib. 4. Recopil. vulgo dictam, l. de Soria. Ac etiam animaduerte,

49 Mieresmet ipsum, eo in loco, ac per discursum quæstionis prædictæ, nihil decidere, nec etiam scribere, quod aliquo

modo aduersari videatur his, quæ superius scripta, atque adnotata reliquimus, videlicet, remedium dictæ l. finalis, C.

de ædict. Diu. Adrian. tollend. successorum maioratus competere: nam loquitur

alio in casu, ac in fauorē filiorum eorū, quibus pater in vita meliorationes fecit & possessionem bonorū tradidit, vt scilicet ad eorum bonorum possessionem agere non possint vllō modo alij filij,

nec

nec ex propria persona, quia nullam vnquam habuerunt, nec hodie habent possessionem, nec ex persona parentis, quia pater ipse tempore mortis ea bona nō possidebat, & iam amisit possessionem illam tradendo, & idē filij ex persona patris se iuuare non possunt, quia possessio solo animo amittitur. Pro conseruatione tamen possessionis filijs a parente concessa, & in vita tradita, omnia reliquit iura illa sa Author metipse, & alio in casu, atq; in quaestione praefata, quando ipsimet successores in maioratu, aut in vinculo, vel melioratione remedium d.l. fi. vellent proponere, nec proponeretur contra eos (vt in illo casu loquebatur) competere eisdem omnia remedia, & dictum remedium, si possessionem actualem realem, & a patre traditam, non haberent (vt tibi habebant) aperte satis sentit Mieres metidem, nec vnquam aliquid in contrarium statuit, imō sententiā eandem supra firmatam tenuit expressim, d. 3. p. q. 16. per totam. Vbi multis Doctorum doctrinis adductus, resolutiue & recte firmavit, successorem in maioratu recte facere, petendo a iudice possessionem bonorum maioratus, idque facturum tanquam successorem, & sequentem in gradu, virtute l. 45. Tauri, dummodo nō dicat, quod possessione caret, nec ob id amittere possessionem, quam ex ministerio eiusdem l. 45. Tauri, consequitur, imō eam confirmari, & subdit nu. 4. quod successor in maioratu, si minus solemniter possessio ei concedatur, suam possessionem nō amittit, & adhuc possessio valida est, & in illa tueri debet. Quia cum ex praedicta l. 45. ipso iure efficiatur possessor, & haec solemnitas nō requiratur, licet interueniat, & minus solēniter, nihilominus est iustus & legitimus possessor, vt latius probat ibidem. Et subdit etiam numero 5. quod possessor bonorum maioratus, ex dispositione d.l. 45. Tauri agens aduersus turbantem, adhuc est reus, & possessoris commodis gaudet. Et repetit nu. 7. quod possessor, etiam agēdo, gaudet commodis possessionis. Et tandem inquit eadē

q. 16. n. 6. quod possessor bonorum maioratus, si non consentiat possessioni iudiciali alteri concessa, sibi nō prauidicat. Et sic in effectū Mier. metipse, per totam illam quaestionem, vt certū supponit, & aperte tenet idem, quod supra obseruauimus, posse inquam maioratus successorem intentare remedium d.l. fi. pro consequenda actuali bonorum possessione, aut pro confirmatione eius, quam ex ministerio & dispositione d.l. 45. Tauri, ipse habet.

55 Denique an dicta l. fi. C. de adict. Diui Adr. toll. procedat etiam in feudalibus & libellarijs, vide omnino Ioan. Franc. de Ponte, in consil. 20. ex nu. 5. vsque ad num. 9. & iunge post alios Roland. in consilio i. num. 50. & seq. & num. 60. libr. 1. Borgnini Caualecanum, decisione 45. in additionibus, nu. 17. prima parte, fol. mihi 243. Achil. Perso. de adipiscend. ex num. 104. vsque ad num. 116. & an procedat, vt vno ex haeredibus in possessionem immisso, ceteri immissi videantur, & quid in creditoribus immisis in bonis debitoris: vide Azeuedium in d.l. 3. tit. 13. lib. 4. num. 21. & 22. & iunge Parlad. rer. quot. lib. 2. d. cap. 5. numer. 32. vbi quid fieri debeat omnibus haeredibus immisis, & ipsis dissentientibus. An etiam missus, aut mittendus in possessionem bonorum ex remedio d.l. finalis, aut dictae l. Regiae de Soria, sit etiam immittendus in possessionem fructuum post mortē testatoris perceptorū, explicat ipse Azeued. in d.l. 3. num. 20. Et haecenus de prima obseruatione principali in tractatu & materia d.l. fin. C. de adict. D. Adria. tol. quae continet quamplurima (vt vides.)

58 Secundò deinde & principaliter obseruandū, atq; constituendū est, eiusdē l. fi. remediū cōpetere, nedum, cū possessio rerū est vacua, sed etiam cum occupata est, & res possidetur ab alio. Ita sane obseruarunt Bart. sub n. 5. & sub n. 16. & nume. 20. Bald. nu. 25. & 27. & sub nu. 43. & sub nu. 49. Paul. Castr. col. 6. Alexan. nu. 27. Decius, num. 41. Mantua. in prima lectura, nume. 164. Zuccard. numer. 339. in eadem

eadem l. finali, Menochius, remedio 4. numero 582. Acchil. Personalis, de adipiscenda, num. 244. & seq. Ioan. Franc. de Ponte, in consil. 20. num. 1. Hippoly. Riminaldus, in consil. 585. num. 35. libr. 5. Alvarus Valascus, consultatione 191. in principio, & omnes iuris interpretes id pro certo supponunt, qui possessorem in proposito citandum necessario, dixerunt, sicuti enuntiarunt permulti, qui mox referuntur. Ac etiam competit, remedium metipsum aduersus singulares rerum possessores, siue titulo particulari possidentes, nedum pro hærede, aut pro possessore. Et post glossam, Bart. Alex. Iason. Decium, Angelum, Fulgossium, Ruinũ, Ripam, & alios rectissime adnotauit M. Anton. Peregrinus, de fideicommissis, artic. 48. num. 20. & 21. Competit etiam, si hæres aliquas res hæreditarias possideat, aliãs vero non; nam pro illis, quas non possidet, datur remedium d. l. finalis, vt post Alex. & Fulgossium tradit Carolus Ruinus, in consil. 28. in causa, numero 1. libr. 5. Franciscus Beccius, in consil. 3. num. 8. Est tamen in hoc differentia, an scilicet res sint vacuæ, vel possideantur ab alio; quia citatio non requiritur in immisione, quæ fit virtute dictæ l. finalis, sed summarie proceditur, quando possessio est vacans: nam & hæres potest illam sua autoritate ingredi, vt supra dicebamus. Et ita citationem eo casu nõ esse necessariam, docuerunt Bart. in ead. l. finali. C. de ædict. D. Adri. Tol. sub num. 16. Bald. num. 6. Angel. Salicetus, Castrensis, & communiter omnes secundum Mantuam, nu. 129. Zucchardum, num. 311. Menochium, dicto remedio 4. num. 458. Ioannem Franciscum de Ponte, in consil. 20. num. 1. & 2. & 3. Caualcantum, decisione 45. in addit. num. 12. & 13. prima parte, Aluarum Valascum, consultatione 191. in principio, & in praxi partitionũ, & collationũ cap. 3. per totum. Personalem, de adipiscenda, nu. 244. & seq. M. Anto. Peregri. de fideicommissis, d. art. 48. nu. 25. Cæsarem Barcium decision. Bononiæ 46. nu. 42. Idque adeò verum est, vt nec citare

venientes ab intestato, opus sit, nec aliũ  
 63 quenlibet, qui non possideat: imò nec citatio etiam generalis requiratur venientium ab intestato, vel aliorum, qui interesse possunt prætere; quanuis nõnulli iuris authores citationem requirant, saltem generalem: id quod ex Curtio Iunio. Zuccardo, Mantica, Craueta, & Menochio singulariter resoluit, & rationem reddit M. Anton. Peregrinus, dicto art. 48. num. 26. & 27. vbi in effectu concludit iuridice, præoccupationem possessionis prodesse hæredi scripto, nec ex defectu citationis posse dicere venientes ab intestato de nullitate immisionis, sententiam autem eisdem, vtpote non citatis non nocere, quod ita pariter concludit Achilles Personalis, de adipiscenda, nu. 244. & 245. dicens, verũ esse, immisionem valere, & sic quoad validitatem iudicij, & sententiæ citationem non requiri, sed quoad præiudicium aduersarij non extendi. Cæsar Barzius, d. decis. Bononiæ 46. nu. 43. vbi inquit, quod iudices, quãdo sumus in causa intestati, satis est, si se informet, quis obtineat primũ locum in gradu, & obtinentem, puta filiũ, vel filiam, vel sororem mittet in possessionem bonorum defuncti, etiã quod talis diceretur incapax bonorũ, & citat  
 65 alios authores ita tenentes. Cæterum, si possessio vacans non est, sed res possidetur ab alio, si hæres agit duntaxat de pronuntiando se hæredem, citatio etiã possessoris necessaria non est, quia in possessione nullũ infertur possessori præiudicium, siue non agitur tunc de sua possessione, nec de remouendo illũ ab ea, sic sane post Petr. Cinũ, Salit. Alex. Zuccard. & Menoch. resoluit Peregri. eodẽ artic. 48. nu. 22. & vltra eum optime explicauit Personalis, de adipiscenda, nu. 249. Si verò aliquis possidet, tunc equidẽ possessor citandus est ab hærede, qui petit immisionem in possessionem ex beneficio d. l. finalis. Et eo non citato, possessio vtinuliter data, in firmanda, & reuocanda est, quod post Bart. Bald. Alberi. & alios multos obseruauit Peregrinus metipse, ibidem nu. 18. & nu. 35. & vltra  
 67

# Quotidian. controuerf. iuris.

68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 relatos ab eo Marsilius in l. de vnoquo-  
 que, numero. 145 ff. de re iudicata, Paris.  
 in consil. 31. numero. 29. & sequent. lib.  
 4 Vantius, Craueta, Cephalus & alij, cū  
 quibus Personalis, numero. 247. & 250.  
 Ioannes Franciscus de Ponte, in confi-  
 lio primo, numero 1. & 2. & 3. & exornat  
 nonnullis Aluarus Valascus, in praxi par-  
 titio. & collatio. cap. 3. Parladorius, libr.  
 2. rerum quotidianarum, cap. 6. per to-  
 tum. Et est ratio, quia possessor, quanuis  
 iniustus, semper est citandus, l. memine-  
 rint, C. vnde vi, l. finalis. C. si pervim, vel  
 alio modo, l. prima, §. necessario. ff. si vē-  
 tris nomine, l. cum fundus, & l. colonus,  
 ff. de vi & vi armata. Nam possessio, e-  
 tiam iniusta, nemini auferenda est, vt ex  
 Innocentio, & alijs, tradit & exornat  
 Peregrinus, dicto articulo 48. nume. 18.  
 per totum, vbi etiam subdit, quod tenu-  
 ta, ac in possessionem missio concessa a  
 iudice non citato possessore ad eius gra-  
 uamen, vti de facto concessa, de facto,  
 absque partis citatione reuocari pote-  
 rit, quod ex multis ibi probat. Et ultra  
 eum id ipsum tenuit Parladorius, libr. 2.  
 dicto cap. 6. numero primo, vbi inquit,  
 quod possessio data a iudice non citato  
 ipsius rei possessore nulla est. & numer.  
 5. quod spoliatus a iudice causa non cog-  
 nita, ante omnia restituendus est, quod  
 vtrunque & iure, & autoritate proba-  
 uit ibidem, & subiicit numero 7. quod  
 cauere magnopere debent iudices, ne  
 quenquam in possessionem mittant, nisi  
 citato prius ipsius rei possessore, & nu-  
 mero 2. & 3. disputat, vtrum possessio  
 data a iudice non citato rei ipsius posses-  
 fore, confirmanda sit. si constiterit, eum  
 nullam defensionem habere, & si cita-  
 tus fuisset, vt ibi videbitur, & latius per  
 Achil. Personalem, de adipiscenda, nu-  
 mero 150. & quatuor sequentibus, quo  
 authore non relato, ex Romano, Decio  
 & Alexandro affirmatiuē diluit dubiū  
 id Peregrinus, dicto articulo 48. nume-  
 ro 18 in fine. Ea ratione, quia cum con-  
 stat, possessori nullum ius competere,  
 possessio eo non citato sibi auferri po-  
 test. Eandem denique sententiam de pos-

74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 sessore citando, vltra locum partitionū  
 supra relatam, tenuit & alio in loco Al-  
 uarus Valascus, in consultatione, in qua  
 191. ex nu. 2. cum seq. vbi inquit d. nu. 2.  
 quod possessor, siue iustus, siue iniustus,  
 regulariter non est spoliandus inauditus.  
 Nec etiam Principis rescripto, nec iudi-  
 cis sententia interlocutoria, aut manu, vt  
 ibidem probat num. 3. Et hoc etiam si sit  
 simplex detentator, vt ibi numero 5. &  
 etiam si prædo: nam statim sine citatio-  
 ne restitui debet, & eadem celeritate,  
 qua fuit spoliatus, nec requiritur, quod  
 possessio aliter iustificetur, vt ibi nume.  
 6. & etiam num. 7. idem esse, si de posses-  
 sione iuris incorporalis agatur: sufficit  
 enim probare solam facti possessionē,  
 & num. 8. Valascus ipse inquit, idem esse,  
 si iudicis autoritate id fiat, quoniam  
 iudex inauditum, non minus dicitur spo-  
 liare, quam pars, & citat text. in c. con-  
 querente, de restitu. spoliat. & idem re-  
 soluit Personalis, de adipiscenda posses-  
 sione, nu. 248. dicens, quod hæres, etiam  
 si iudicis autoritate in possessionem  
 non citato possessore ingrediatur, a pe-  
 na l. meminerint, C. vnde vi, non excu-  
 satur, allegans se ignorasse, possessionē  
 non fuisse plenā, prout & multi alij au-  
 thores ibi relati tradiderunt. Caualean-  
 denique in addit. ad decis. 45. primę par-  
 tis, nu. 12. tenuit id ipsum, & nu. 17. dixit,  
 quod iudex immittens aliquem in pos-  
 sessionem, debet dicere, saluo iure pos-  
 sessoris legitimi. Et post alios Rota Bo-  
 nonien. decis. 83. nu. 8. Menoch. remed.  
 4 nu. 467. Peregr. dict. art. 48. nu. 36. vbi  
 eleganter declarat. Et vide nu. 38. vbi in-  
 quirat, quænam possessio opituletur pos-  
 sessori, vt ipse citari debeat, & conclu-  
 dit, quod possessor per annum & diem,  
 verus possessor est. Cæterum (vt ex In-  
 nocentio, & alijs multis authoribus pro-  
 bavit eodem num. 38) quod possessor e-  
 tiam momentaneus citandus est, & sic  
 etiam possessio momentanea apprehē-  
 sa profit, nec aliter de sua possessione  
 possessor sit ei sciendus, nisi prius cite-  
 tur: quasi rationē præuentionis sit potior  
 in possessione, nam per modicum tem-  
 po-

poris spatium acquiritur possessio mobilium & immobilium, ut eodē in loco ex multis alijs authoribus ipse Peregrinus notavit. Et hactenus de his, ex quibus manifeste apparet, remedium d.l. finalis, competere etiam, quādo bona nō vacant, sed possidentur ab alio, & tunc utrum agens in continenti debeat de iure suo edocere, & quē teneatur probare, quid etiam fieri debeat, constabit ex his, quæ dicenda sunt infra in eo articulo, quis legitimus sit cōtradictor in hac materia. Sed & remediū d.l. finalis, ne dū dari hæredi scripto, ut inducetur de nouo in possessionem bonorum hereditariorum, sed etiam ut cōfirmetur in possessione illorum, quam prius habebat, & propria autoritate acceperat: ex dictis quoque supra, & dicendis infra deducitur, & post alios multos obseruauerunt Gregor. Lopez, in l. 2. tit. 4. part. 6. glo. 1. in principio, Roland. in consil. 78. nu. 12. lib. 3. Iacobus Menoch. qui latius explicat dicto remedio 4. ex nu. 348. cū seq. Anton. Galeat. Maluassia, in consil. 54. nu. 4. vol. 1. Ioannes Francis. de Ponte, in consil. 20. nu. 37. ubi inquit, d.l. finalis beneficium competere etiam ad cōfirmandam possessionem, Pelaez à Mieres, de maioratu, part. 3. quest. 16.

**84** Rursus & principaliter, atque tertio loco constituendū, & obseruādum erit, remedium possessorium eiusdem l. finalis. C. de ædict. D. Adri. Tol. esse adipiscendæ possessionis remediū, de quo nullus ambigit, imō ut certissimum tradiderūt omnes communiter in d. l. finali. Sic de adipiscenda possessione ex remedio l. ipsius finalis, titulum adiecerūt Iacobus Menoch. d. remedio 4. Achilles personalis, dicto tractatu de adipiscenda. Et in terminis esse adipiscendæ remediū adnotarunt Parisius, in consil. 12. nu. 118. lib. 2. Ruinus, in consil. 27. nu. 7. vol. 5. Roland. in consil. 1. nu. 25. lib. 1. & in consil. 78. nu. 4. lib. 3. Francis. Beccuis, in consil. 3. nu. 1. Ioannes Franciscus de Ponte, in consil. 20. nu. 52. & 53. M. Anton. Peregrinus, de fideicommissis, artic. 48. num. 30. Marca brunus, in consil. 62. num. 27. Ioann. Par-

ladorius, rerum quotidianarum, libro 2. cap. 5. numero 1. & 2. Simon de Prætis, de interpretat. vltimarum voluntatum, lib. 5. interpret. 2. dubitatione 3. num. 18. **85** & 19. fol. mihi 516. Vbi inquit, quod possessorium adipiscendæ est duplex, alterum summarium, citius expediendum, quod est dictæ l. finalis; alterum verò plenarium, plena cognitione determinandum, quod est interdictum quorum bonorum, ut ibidem prosequitur, numero **86** 23. & seq. Vbi etiam ostendit, remediū possessorium dictæ l. finalis, differre in multis ab interdicto quorum bonorum. Quod ostendit similiter Antonius Gomezius, in l. 45. Tauri, numero 252. cum seq. latius Menochius, dicto remedio 4. ex numer. 45. vsque ad numerum 56. ubi vndecim commemorat differētias. Sed **87** & quasi recuperandæ possessionis dici remedium dictæ l. finalis; post Baldum, Decium, & Afflictis, notavit Rolandus, in consil. 1. num. 76. lib. 1. Franciscus Beccius, in consilio 3. num. 10. & vide latius per Menochium, eodem remedio 4. nu. 504. & seq. Parladorium, rer. quotid. lib. **88** 2. cap. 5. Et esse remedium summarium, & executiuum, ac celeriter, & de plano expediendum, dictæ l. finalis remediū; expressim deducitur ex loco Simonis de Prætis relato supra, nume. 85. & etiā obseruarunt communiter scribentes in eadem l. finali, & post alios scripserunt Beroius, in consil. 60. col. 2. & in consil. 56. colum. 1. lib. 2. Rolandus, in consil. 78. numer. 13. libro 3. Franciscus Beccius, in consilio 3. numero 1. Ioann. Francis. de Ponte, in consilio 20. numer. 51. & 52. M. Antonius Peregrinus, de fideicommissis, dicto articulo 48. nume. 56. Cæsar Barzizus, decisione Bononiæ 46. numero 43. ubi inquit, quod possessorium dictæ l. finalis summarie expeditur, & sine figura iudicij, quia celeritatem desiderat. Et an libellus necessarius sit in eo remedio, & qualiter formari debeat, & an lis contestetur; explicat Peregrinus metipse, dicto numero 56. & numero 57. cum seq. vsque ad numerum 61. & iunge Hippolyt. Riminald. in consil. 585. numero 86.

# Quotidian. controuerf. iuris.

libro quinto, Menochium, dicto remedio quarto, ex numero 468. vsque ad numer. 476. & numero 485. cum sequentibus, & numer. 551. & 552. Vide etiam eundem Menochium, ex numero 502. cum multis sequentibus, vbi longa serie discutit, an remedium dictæ legis finalis cumulari possit cum interdicto retinendæ, & cum possessorio recuperandæ. Et iudex competens quis sit in dicto remedio, vide ipsum Menochium ex num. 402. cum multis sequentibus, & breuiter explicant Anton. Gomet. in l. 45. Tauri, num. 151. per totum, Azeued. in l. 3. tit. 13. lib. 4. nouæ collect. Regiæ, n. 52. & seq. Pereg. dict. art. 48. ex num. 62.

92 Idcirco cum adeo executiuum & summarium sit remedium dictæ l. fin. non admittuntur in eo probationes, aut exceptiones altiore indagine requirētes, sed reseruantur in petitorio, id quod singulariter & vtiliter confirmat, atq; multis comprobat Rolandus in consil. 1. nu. 71. & tribus sequentibus lib. 1. & expendit text. in dict. l. fin. C. de ædict. Diui Adriatol. & citat Decij consilium, singulare 424. col. fin. & 467. col. penultim. vbi inquit Decius, quod fideicommissarius, qui offert in continenti probare de fideicommissio per inspectionem testamentorum, cum non sit nominatus in testamentis, si per interpretationem verborum, quæ in testamento habentur, vellet eius intentionem probare, talis probatio non est admittenda in iudicio possessorio, sed reseruari debet in alio iudicio cum requirat altiore indagine. Quod est quidem summè notandum ad ea, quæ supradiximus, quatenus successor maioratus competere remedium dict. l. fin. resoluiamus. Id enim erit intelligendum, si per scripturam aut institutionem maioratus, ex præscriptione vè, aut alio modo legitimo, se fore verum successorem ostendat in continenti: secus tamen si ex tacitis vocationibus, aut substitutionibus, aut per interpretationem verborum, siue ex præsumpta tantum, aut tacita defuncti voluntate se vocatum contendere, nec expressim & aliter tunc posset

de iure suo edocere, ita quod altiori indagine, atque exquirendo dubiam testatoris, vel institutoris maioratus voluntatem, res debeat diffiniri: quod ex præcisiuæ cōsilijs Decij, & traditionibus Rolandi certum est, & verissimum, & in eodē placito, quod scilicet in remedio d. l. fin. non admittantur probationes, seu exceptiones, quæ altiore indagine requirunt, fuerunt Alcia. in cons. 389. q. 1. n. 4. Paris. in cons. 10. n. 30. lib. 2. Becci. in cons. 3. n. 12. Ioan. Franc. de Ponte, in cons. 20. n. 23. Ioan. Philip. ad tit. C. de ædicto Diu. Adriatol. in vers. putat tamen Bart. Parlad. rer. quot. lib. 2. c. 5. n. 25. Achil. Perfo. de adipif. n. 409. Menoch. d. rem. 4. n. 689. & n. 753. & pluribus seq. late Veroi. in cons. 56. & 57. lib. 2. Bertaz. in cons. 52. col. vlt. Ofasc. decis. 23. Card. Domin. Thusc. pract. conclus. iur. to. 3. litera E. concl. 409 fol. 345. Marc. Anto. Pereg. de fideicom. arti. 48. n. 29. vbi inquit, quod exceptiones, quæ ad effectum proprietatis & dominij respiciunt, si ob aliquam dubietatem iuris aut facti, non facile & promptè sint liquidabiles, sed causæ cognitionem requirant, relinquuntur alteri iudicio, & interim remoto contradictore, hæres scriptus mittitur in possessionem, & reus constituitur, & esse casum in dicta lege finali, C. de ædicto Diui Adriani tollendo, & limitat statim numero trigesimo, cum alijs authoribus quos citat, in possessorijs adipiscendæ obstare exceptionem de notorio defectu in proprietate, quæ sit facile liquidabilis. Et id ipsum probauit Rolandus, ibi non relatus, dicto consilio primo, numero vigesimo sexto, libro primo, & in consilio 78. numero quarto, libro tertio, vbi ex alijs iuris interpretibus notauit, possessorium adipiscendæ non excludere exceptionem proprietatis, quæ in continenti probari potest. Secus tamen in possessorio recuperandæ, Menochius etiam recuperandæ possessionis, dicto remedio quarto, numero 747. & sequentibus. Idemmet dubium, an exceptio defectus dominij impediat dictum remedium

quis sit iudex  
competens in  
remedio  
supradicti  
l. fin.

de

de



dium d.l. finalis; cum tractasset, & resolutiue, cum alijs authoribus dixisset, exceptionem defectus dominij hanc missionem in possessionem retardare non posse, atque obijci exceptiones requirentes altiorem indaginem: limitat statim num. 751. vt id non procedat, nec locum habeat, cum probationes in continenti super hac exceptione defectus dominij offeruntur, & citat Bald. Decium, Gozadi. Alcia. Neuizan. Craue. Natã, Zucar. & Roland. sic tenentes, & conuenit Azebedius, in d.l. 3. tit. 13. nu. 25. & 26. lib. 4. nouæ collect. Regiæ. Cæterum de iure huius Regni, atq; in specie d.l. Regiæ. 3. (quæ vulgo Soriana lex dicitur) admittendam non esse exceptionem dominij, vel proprietatis, etiam si possessor paratus sit in continenti de iure suo docere; post Roder. Suar. & Dida. Per. constantiãter tuetur, & rationem reddit Parlarerũ quotidiana. lib. 2. d. c. 5. nu. 6. & 7. qui inquit, idẽ dicendũ esse in specie d. l. fin. C. de ædict. di. Ad. Tol. nam cum Soriana illa lex ædita fuerit causa ampliandæ illius l. fin. quod in ampliante definitum est, idem quoque, & in ampliato definiendum erit. Et idem statuit in inuasore rerum hæreditariarũ, dicens eum audiendũ non esse, et si velit in cõtinenti suũ probare dominium. Quauis fateatur eodẽ nu. 7. quod in interdico adipiscendæ possessionis, dominij admittitur exceptio, quando probationes offeruntur in continenti.

98 Quauis autem executiuum, & summarium adeò sit remediũ l. ipsius finalis; dubitari equidem cõmuniter solet, vtrũ in eo requirantur plenæ probationes, an semiplenę sufficiant; & verẽ hæc iuris quæstio definiri potest ex his, quæ Iacobus ipse Menochius, in cõmentarijs de recuperanda possessione, remedio 15. q. 32. scripta, atque notata reliquit, quo loci veriorẽ esse existimauit communẽ illam opinionem, plenam probationem fore necessariam, & in eadem sententia persistit in cõmentarijs de adipiscenda, remedio 4. nu. 446. & nu. 678. q. 79. 99 dicit etiam in specie ita respondisse Riminald. in cons. 258. nu. 32. lib. 2. & si dis-

sentiat Beroius, in consilio quadragesimo tertio, numero 47. libro 3. in specie huius remedij adipiscendæ ex dicta l. finali competenti. Et illa ratione cum cæteris adductus est principaliter Menochius, quod non leuis imò maximi momenti est possessionis causa, & commodum, cum vulgatis, institut. de interdico. & eodem loco confutauit rationes, & fundamẽta eorum, qui ab hac vera sententia dissentiunt, vt ipse quoque profiteretur dicto remedio 4. dict. numer. 678. & vide Acchil. Personal. de adipiscend. ex numer. 485. cum infinitis seq. vbi longa serie disputauit istum articulum. Ad dederim ego, & eandem sententiam, quod scilicet plena probatio necessaria sit in iudicio summario dictæ l. finalis, tenuisse, & alio in loco vltra relatũ supra, Hippolyt. Riminaldum, in consil. 585. num. 81. & 82. libr. 5. vbi inquit, quod iudicium possessorium, l. fin. C. de ædict. Diu. Adri. Tol. requirit probationes luce meridiana clariore, ex doctrina Baldi, in l. si vnus, C. de testamentis. Idque non contigisse in quæstione ibi agitata, nec ex illo instrumento testamenti extenso resultare probationem luce meridiana clariorem, quia stante diuersitate inter scripturam secundam instrumenti releuati, & primam protocolli, standum erat primæ, vt ibi latius probat, & concludit (quod attinet ad nostrum propositum, vt dixi) deinde, & in eodem placito ex sententia Bartoli, Aritini, Alexandri, Ripæ, Rolandi, Menochij, Ploti, Hieron. Gabriel. Miran. & Contard. & pledã probationẽ requiri, firmasse Sym. de Præt. in cõs. 114. n. 25. lib. 1. & de interpretat. vltimar. volunt. lib. 5. interpret. 2. dubitat. 3. ex n. 26. vsq; ad nu. 34. qui hanc opinionẽ veriorẽ arbitratur, & tenendã omnino cum nõnullis declarationibus, quas ibidẽ adducit, & cõtrariã improbat vt ibi videbitur. Et causã istã possessoriã reputari magni preiudicij ex magno cõmodo, & affert possessori recte considerat n. 28. Rursũ, & nouissimẽ omniũ sustinuisse hæc eadẽ partẽ, Alex. Trætacin. variarum, resolutio. volum. 1. lib. 2. titul.

# Quotidian. controuerſ. iuris

de probationibus, resolutione 11. fo. 195. vbi inquit, an in poſſefforijs ſufficiant ſemiplenę probationes, & refert duas Doctorum ſententias: prima eſt, ſemiplenas probationes ſufficere, ex nōnulis authoribus, quos ibi refert, & Decio, qui in terminis dict. l. finalis. C. de ædict. diu. Adri. Tol. ſic reſoluit in ipſamet lege, nu. 15. & huius partis ſequaces adducti ſunt præcipue ex text. in l. 2. & in l. finali, in 2. part. C. de ædict. diu. Ad. Toll. vbi in poſſefforio iudex ſequitur apparentiam & eſt facilis in mittendo in poſſeſſionem, idque ex ratione illa per Menochium iuridice confutata, & per Decium præpoſtere adducta, quod in iudicijs poſſefforijs dicatur agi de leui, & modico præiudicio, ita quod ſufficit ſemiplena probatio per teſtem, & famam, cum imò poſſeſſionis cōtentio maximi præiudicij ſit (vt ſupra dicebam) & poſſeſſionis commodum maximum reputetur, & quandoque poſſeſſionis cauſa proprietatem trahit, vt in capit. ſi à te, de præbendis, lib. 6.

Secunda opinio eſt ſuperiori contraria, quod plenę probationes requirantur, in eo poſſefforio dict. l. finalis iudicio, quam tenent authores nonnulli relati per ipſummet Trentacinquium, qui tamen eorum iuris interpretum, quos ego ſupra retuli, nullam mentionē facit, ſed hanc ſecūdam ſententiā rectē tuetur, & ad text. in d. l. finali. C. de ædict. di. Ad. Tol. reſpondet, nu. 2. quod quando dicit, quod iudex ſequitur apparentiam, procedit, vbi nō a deſt legitimus contradictor, ſicque de intereſſe tertij non agitur, nam tunc iudex facilis eſſe debet in faciendō miſſionē in poſſeſſionē requiſitam, & ſufficit ſummaria cognitio, & probatio, ac inſtructio iudicis, vt inducatur ad concedendū miſſionem in poſſeſſionem.

103 Denique, & videri aperte probaſſe eandē communem ſententiā (licet articulum in terminis nō diſputet) Borgnium Caualcum, in addit. ad deciſ. 45. 1. part. nu. 11. & 12. & 13. vbi cū extat cōtradictor, inquit, quod iudex debet au-

dire partes, & ſuperſedere in miſſione in poſſeſſionem petita, etſi de intereſſe cōtradictoris apparenter apparet, debet pronuntiare non eſſe locum ſummarie cognitioni, ſed agēdum eſſe iudicio ordinario, & ſic poſtea ſeruatis ſeruandis diffinitive pronūtiare, aliās nulliter procederet, & poſſet appellari, vt notarunt etiam alij quam plures authores ibidē relati per Caualcum eundem. Qui tamen ex ſuperius dictis, atque ex his, quæ ipſemet in loco relato notauit, temperari debet alio in loco, in quo apparet, nimis absolute loquutum, deciſione inquā 20. nu. 28. part. 3. fol. mihi 253. vbi inquit, quod quando hæres ſcriptus petit imitti in poſſeſſionem bonorū ex remedio, d. l. finalis, ſi comparet alius, qui habet ſimilem, vel diſſimilem titulū à teſtatore, vel à lege, per quem poſſit poſſidere bona petita, ſi in continenti arbitrio iudicis poteſt ſemiplene tātum per vnum tantum teſtem probare de ſuo intereſſe, non legitime, & plenarie; quod tunc iudex debet reiſcere remedium d. l. finalis. Id tamen nimis generaliter dictū, ſemiplenam etiam probationē, ſic absolute admiſſam, cōmuni doctorum traditioni repugnare, viderit vniuſquiſq; quanuis iudicis arbitriū eo caſu multum valiturum, fateamur libēter, prout Præſis in loco relato ſupra notauit. Et iudex quando in remedio d. l. fin. & in iudicijs ſummarijs non eſt ſeruata forma dicti iudicij, ſed ad vltiora proceſſū, miſcendo petitorium, & ordinariū cū ſummario, & executiuo, quomodo debeat pronūtiare; explicat ipſe Caualc. d. deciſ. 20. nu. 49. p. 3. qui in addit. ad deciſ. dictā 45. nu. 11. 1. part. rectius conſtituit, quod tertius contradictor ad hoc vt audiatur, debet ſaltem à principio ſummarie, & ſic ſemiplene docere de iure ſuo, aliās audiri non debet. Quod eſt iuridice dictum, ad hoc namque vt audiatur, ſemiplena illa probatio ſufficit, vt ibi ex alijs authoribus Caualca. ipſe probauit, ſed ad hoc vt remedium dict. l. finalis excludatur, ſemiplenam ſufficere probationem, male equidem dicta deciſione 20. enun-

enunciatum, ex superius notatis apparet dilucide. Sed & eadem decis. 45. in addit. ex num. 5. cum seq. folio mihi 242. & 243. Rectè quidem, atque in facti cōtingentia probauit, quod donatio inter viuos reuocat testamentum prius factum irreuocabiliter, etiam si donatarius nolit accipere donationem, & impedit secundum, atque testamenti factionem super bonis donatis, & consequenter remedium dictæ l. finalis. C. de ædict. diui Adri. Tol. & loquitur quando is, cui testator fecerat donationem inter viuos omnium bonorum suorum, cum reservatione quadam, contradicebat hæredidādā esse possessionem bonorum ex remedio dictæ l. finalis, quod etiam impeditur ex testamento secundo, quod reuocat primum, vt ibidem probatur, per **107** Caualcānum. Et in ipso remedio, vtrum testium repulsatio admittatur, vide Menochiū, de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 32. qui dicto remedio 4. nu. 680. inquit, hanc iuris quæstionem proposuisse Zuccardū, in eadem l. finali, nu. 302. & eam non in- **108** feliciter absoluisse. Et remedio eodem 4. numer. 802. & 4. seq. in ea quæstione, an sententia lata in remedio dictæ l. finalis diffinitiuā sit, vel interlocutoria; ex communi doctorū sententia rectè constituit duos casus. Primus est, cum sine contraditore pronuntiatur, hæredem esse mittendum in possessionem, & hoc casu sententia dicitur interlocutoria. Secundus casus est, cum contraditor comparet, & tunc sententia in ea partiū contentione, & controversia lata, diffinitiuā dicitur, siquidem de causa cognoscitur, & libellus datur, & finis imponitur cōtrouersię, & sic est diffinitiuā. Et quæstione 100. ex numero 807. cum multis sequentibus, vsque ad numerum 826. **109** Erudite, atque ex professo inquit, appellare an liceat ab interlocutoria lata in remedio dictæ l. finalis, & appellari non posse concludit multis rationibus, & autoritatibus, de quibus ibidē. Subnectit tamen nonnullas limitationes, in praxi equidem vtilēs, & quæ frequenter contingere possunt, vt ibi videre ne-

cesse est, cum casus se offerat. Et in eodem quoq; placito, quod appellare nō liceat à decreto possessionis in remedio dictæ l. finalis, fuerunt etiam Octavianus Chacheranus, decisione 47. per totam, vbi an sententiæ latæ super possessorio, à qua appellatum fuit, executio suspendatur, Ioannes Franciscus de Ponte, in consil. 20. nu. 53. Doctor Espino, in Speculo testam. gloss. 34. principali, num. 34. Simon de Pretis, de interpretatio. vltimar. volunt. lib. 5. interpret. 2. dubitat. 3. nu. 35. & seq. Borgninus Caualcānus, decisione 6. num. 2. & 3. & seq. & numero 18. vbi quod appellatio amissione in possessionem non suspendit eam, & latius explicat decisio. 7. part. 4. vbi vide omnino. Achilles Personalis, de adipiscēda, ex num. 330. cum multis seq. vsque ad nu. 351. vbi latissime declarat istum articulum, Ioannes Parladorius, rer. quotidianar. lib. 2. cap. 5. num. 31. vbi inquit, à possessionis datione, quæ ex remedio dictæ l. finalis, & legis Sorianæ fit, appellationi locum non fore de iure communi, nec etiam de iure Regio, quod attinet ad effectum suspensiuū, quanuis eodē iure Regio in cæteris iudicijs possessorijs appellatio admittatur, nisi quādo duę sententiæ fuerint concordēs, vt in l. 8. tir. 20. lib. 4. nouę collect. Regię, & per authores ibi relatos. Denique, & id ipsum, quod in remedio possessorio d. l. finalis, cum sententia interlocutoria profertur, non admittatur, nec etiam in diffinitiuā in casu statim dicendo; obseruauerunt ex communi, & recepta sententia Antonius Faber, in lib. 9. C. ad tit. C. de ædict. diui Adri. Toll. definitione prima, Cardinalis Dominicus Thuscus, pract. conclusionum iuris, tom. 1. litera A. cōclusionē 409. fol. 367. A diffinitiuā autē sententia lata in iudicio, ex remedio dictæ l. finalis, appellare an liceat, explicat etiam diffuse Menochius, eodem remedio 4. ex num. 826. vsque ad num. 879. vbi in effectū distinguit duos casus principales, sed vnicuiq; plures anectit declarationes, vt ibi videbitur. Primus casus est, cum lata fuit sententia ad fauorem

heredis scripti, qui petijt se mitti in possessionē ex remedio dictę l. finalis contra reum conuentum; in quo recepta omnium opinio est, reum conuentum appellare non posse à sententia contra se lata, qua pronuntiatum fuit, hunc heredem in testamento scriptum, mittendum esse in possessionem bonorum testatoris defuncti. Secundus casus est, cum iudicatum fuit contra actorem reo absoluto, quia fuit pronuntiatum, actorem non esse mittendum in possessionem ex remedio dictę l. finalis, & tunc quidem appellatio heredis scripti recipienda est, vt explicat ibidem ex numero 876. & in effectu post alios authores sequitur hęc distinctionem Achilles personalis, de adipiscenda, num. 343. & 344. qui num. 351. vsque ad numer. 356. explicat, vtrum attentata post appellationem à sententia de mittendo heredem in possessionem lata, iuxta text. in dict. l. finali. C. de ædict. diui Adri. Tol. sint reuocanda, siue qualiter parti sit succurrendum. Et iunge Ioseph. Ludouicum, decisione Perusina 69. ex num. cum sequentibus.

II2 Et restitutio an concedatur contra sententiam latam in remedio l. eiusdem finalis: vide ipsum Menochium, dicto remedio 4. ex num. 906. cum seq. Et an de nullitate agi possit contra sententiam in eodem remedio latam: explicat idem Menochius, ex num. 879. cum pluribus seq. Et hætenus de tertia obseruatione principali in hac materia.

II4 Nunc verò quarto loco, & principaliter obseruandum, atque constituendum est, dictę l. finalis. C. de ædict. diui Adri. Tollen. remedium, & constitutionem, nouam esse in multis, sicuti Zuccardus, ibidem scripsit numero 48. Curtius etiã Junior, numero 37. & Sapia, numero 35. Iacobus Menochius, præcitato remedio 4. numero 12. Qui rectius quam alij fecerint, animaduertit, Iustinianus quid fanciuerit de herede in possessionē mittendo ex testamento defuncti, & concludit, vicesimam in vniuersum ante Iustinianum sublatã fuisse, quemadmodum Iustinianus ea sua constitutione testa-

tur, & animaduertens, sublatam esse vicesimam, & captiosa esse ab Adriano, de aperiendis tabulis, executioniq; mittendis testatorum dispositionibus sancita; sua hac constitutione in vniuersum Adriani lege abrogata, cauit: *Quod si heredes institutus testamentum ex omni sua parte, saltem iuxta primam sui faciem iudici ostēderit legitime non aboliūm, nec cancelatum, nec vitiatum, sed solemne, & legitimo numero testium valbatum, mittendus sit in possessionem bonorum, quæ testator tempore mortis sua tenebat, & possidebat.* Sicuti ex textu, in eadem l. finali deduxerūt omnes scribentes communiter, & post infinitos alios Rolandus à Valle, in consilio 78. numero II. lib. 3. Antonius Gometius, in l. 45. Tauri, numero 134. Hippolyt. Riminaldus, in consilio 585. ex numero 6. cum seq. lib. 5. Simon de Prætis, de interpretat. vltimar. volunt. lib. 5. interpretatione 2. dubitatione 3. numer. 19. fol. 516. Azebedius, in l. 3. tit. 13. nu. 4. lib. 5. nouæ collect. Regiæ, Franciscus Beccius, in consilio 3. nu. 4. Borgninus Caualcantus, decisione 20. nu. 24. part. 3. Angelus Matheacius, delegatis, & fideicommissis, lib. 4. cap. 1. ex numero 1. cum seq. Ioannes Philippus, in summa vtriusque iuris, ad titul. C. de ædict. diui Adri. Tollen. in principio, folio 206. Achilles personalis, de adipiscenda possessione, num. 103. Sebastianus Næuius, selectar. iur. ad dictum titul. C. de ædict. diui Adri. Toll. numero 3. folio mihi 274, qui omnes, & alij quã plures, quos prætermitto consulto, & nunc non commemoro, quoniam ad finem huius c. aggregandos, & commemorandos duxi; conuenerunt vnanimiter, assumptum præfatũ, & constitutionem dictę l. finalis procedere, siuè testamentum in scriptis factum fuerit, siuè nuncupatiuum sit, modo id intelligatur tam de iure communi, quam de iure huius Regni, prout ex communi vtriusque iuris sententia, & de vtroque iure explicarunt, atq; intellexerūt post ordinarios, & alios multos Iacobus Menochius, dicto remedio 4. ex numer. 91. cum seq. Antonius Gometius, in dict. l. 45. Tauri,

116

III

II2

II3

II4

II5

117

118 45. Tauri, nu. 135. per totum, Azebedius, in dict. l. 3. titulo 13. lib. 4. num. 2. & 3. Cōueniunt etiam, testamentum ex sola sui inspectione iudicandum in remedio, & beneficio dictæ l. finalis, & prout in sui prima figura apparet, & præsumi pro eo, sicut & pro actu quocunque, qui in forma solita factus reperitur, sicuti ex communi interpretum placito tradiderunt Franciscus Beccius, dicto consilio 3. numero 4. & 5. & 6. Hippolyt. Riminaldus, dicto consilio 585. numero 19. libro 5. Et solam extrinsecam eiusdem apparentiã per iudicem considerari. Quod post alios multos considerarunt, atque scripserunt Menochius, dicto remedio 4. ex num. 683. vsque ad numerum 699. Zuccardus, in eadem l. finali, nume. 168. post Decium, numero 15. Marc. Anton. Peregrinus, de fideicommissis, articulo 48. numero 30. Idcirco vitium visibile impedire missionem in possessionem ex remedio dictæ l. finalis, prout etiam firmanunt ibidem omnes scribentes communiter, Bartolus inquam, nume. 3. Baldus, nume. 42. in versiculo 3. consideret. Decius, num. 36. Curtius Iunior, nume. 6. & 11. Sapia, numero 37. & Zuccharus, nu. 94. Ioannes Philippus, in summa vtriusque iuris, ad dict. tit. C. de ædict. diui Ad. Toll. in principio, versiculo dixi de vitio visibili. Achilles Personalis, de adipiscenda, numero 119. cum multis seq. Peregrinus, dicto articulo 48. numero 28. & 29. Hippolyt. Riminaldus, qui loquitur utiliter, & vitij visibilis plura exēpla adducit, idcirco videndus erit omnino dicto consilio 585. ex numer. 5. vsque ad num. 10. & num. 48. vsque ad numer. 65. libro 5. Menochius, dicto remedio 4. num. 699. qui dicit exempla vitij visibilis afferri posse plura, vt illud ex rasura, & cancelatione testamēti: siquidem cancellatio, & rasura reddit testamentum de falso suspectum, vt clare probāt verba eiusdem l. finalis, ibi: *Nec abolitū,*

122 *nec cancelatum.* Et numer. 701. vsque ad numer. 726. plena manu explicat, an, & quando testamentum cancelatum, interlineatum, abolitum, cum rasura, corre-

ctum à notario, aut cum litera recenti, vel alio quouis modo suspicionem inducens; non debeat exequi ex remedio dictæ l. finalis, & iunge Hippolyt. Riminaldus, dicto consilio 585. lib. 5. fere per totum, Personalem videndum omnino, ex numero 119. cum multis seq. Inuisibile verò vitium non impedire remedium d. l. finalis, vt puta si hæredi obijceretur, testamentum falsum, in officiosum, aut iuris dispositioni, vel solemnitati contrarium, vel testatorem fuisse intestabilem, aut institutum incapacem, vel alia similia, quæ non apparent: sicuti latius explicarunt, atque exornarunt Iacobus Menochius, dicto remedio 4. ex numero 726. vsque ad numerum 735. & vide numero 735. cum originale testamēti non reperitur, an impediatur remedium, dictæ l. finalis, & num. 739. & 742. 743. cum protocolum deficit, Hippolyt. Riminaldus, dicto consilio 585. ex num. 10. cum sequentibus, & numero 73. & fere per totum, lib. 5. vbi etiam visibilis, & inuisibilis vitia exempla plura, & resolutionem præfatam tradit. Franciscus Beccius, in consilio 107. num. 1. & num. 15. Achilles Personalis, de adipiscenda, ex numero 119. vsque ad numerum 170. vbi plene agit de his, Marc. Anton. Peregrinus, de fideicommissis, dicto articulo 48. numero 27. 28. & 29. Ioānes Philippus, in summa vtriusque iuris, ad dict. tit. C. de ædict. diui Adri. Tol. in principio, vbi inquit, vitium testamenti inuisibile, veluti falsitatis, & similitum, non impedire hæredem mitti in possessionem, ex text. in l. 2. illius tituli, quanuis petitio hæreditatis ob propositam causam falsi differatur. l. 5. §. vltimo. ff. de petitione hæreditatis. Et reddit rationē, nam illa intenditur ad obtinendum dominium rerum hæreditarium, hæc missio tendit tantum ad obtinendam possessionem, Borgninus Caualcamus, decisione 20. ex num. 24. cum seq. parte 3. Vbi vide late explanatum, an, & quando hæres scriptus non sit mittendus in possessionem bonorum ex remedio dictæ l. finalis, si hæredes ab intestato opponant de nullitate testamēti, ex

125 *ri, ex defectu dementiæ, aut furoris testatoris, aut formæ statuti, vel iuris non seruata. Quod si vitium, aut vitia inuisibilia incontinenti probari possunt, aut de illis incontinenti constate, impediunt missionem in possessionem ex remedio dictæ l. finalis, ita sanè post alios iuris interpretes scripsit Hippolyt. Riminald. dicto consil. 585. num. 10. lib. 5. Menoch. remed. 4. num. 730. qui dicit, hoc incontinenti, iudicis arbitrio relinqui, quod statim latius explicabimus. Idem Menochius, numero 745. & 746. Quatenus cum alijs authoribus resoluit, exceptionem testatorem testari non potuisse, nõ impedire remedium dictæ l. finalis. Impedire tamen, cum statim incontinenti offertur probatio, vt latius probat ipse Menochius ibidem. Et Personalis in locis antea relatis, & vide ipsum num. 115.*

126 *127 & tribus seq. vbi inquit, an remedium dictæ l. finalis, competat indistincte pro omnibus rebus, quæ testatoris fuerunt mortis tempore, tam corporalibus, quàm incorporalibus, & pro præstationibus, actionibusque tantum personalibus.*

128 *Quinto deinde loco obseruandum, atque constituendum erit, dict. l. finalis, C. de ædict. Diu. Adri. Toll. remedium, & constitutionem ea ratione editam fuisse, quam ibidem Curtius Iunior, numer. 64. ex mente communi considerauit, & sequutus est Menochius, dicto remedio 4. numer. 44. vbi Zucardi considerationibus in contrarium, satisfacit dilucide. Nempè constitutum ita esse, vt quàm primum testatorum voluntates (quod publicè interst) adimpleantur, & exequantur, l. vel negare, ff. quemadmodum testamenta aperiantur, l. prima, C. de S. S. Ecclesijs, l. verbis legis, ff. de verbor. significat. & id ipsum sentit aperte Ioannes Philippus, in summa vtriusque iuris, ad dict. titul. C. de ædict. Diu. Adri. Tol. ad finem. Cæterum constitutionem eandem, non simpliciter, aut absolute, sed cum pluribus qualitatibus, aut requisitis, pluravè requirentem, proditam fuisse. Ac primum equidem certi iuris esse, quod in omni iudicio, quantumcumque*

*summario, & executiuo debet agens legitimari, id quod post alios multos aucthores probauit Personalis, de adipiscenda, num. 175. & exornauit nouissime Cardinalis Dominicus Thuscus, practicarum conclusionum iuris, tom. 5. litera L. conclusione 244. fol. 270. & vide conclusione 245. & 246. fol. 273.*

131 *Idcirco in remedio, & iudicio dict. l. finalis, personam hæredis petentis se in possessionem imminuti, legitimari debere, quod asseuerarunt omnes in eadem, l. final. vt nullus sit, qui ab hac opinione dissentiat ex sententia Menochij, dicto remedio 4. numer. 441. & sex numeris seq. vbi firmat crebriorem esse opinionem, vt plena probatio necessaria sit ad eum effectum, cum de legitimatione personæ hæredis agitur. Personalis, nume. 175. Roland. à Valle, in cons. 46. num. 2. & seq. lib. 2.*

132 *Deinde, vt beneficio & remedio l. eiuſdem finalis, & missioni in possessionem locus sit, decem requiri, & cõcurrere debere, quæ Iacobus Menoch. dicto remedio 4. numer. 56. enumerauit, primo, quod is, qui se in possessionem mitti postulat, hæres sit in testamento scriptus, quod probant expressim verba dictæ l. finalis, nec vllus interpretum omnium dissentit.*

*Secundò, quod testamentum, in quo hæc hæredis institutio scripta est, iudici præsentetur, quod etiam ex verbis legis ipsius finalis probatur expressè.*

*Tertiò, quod testamentum sit solemne, & in aliqua sui parte non sit cancellatum, vel abolitum, vt etiam probatur verbis eiusdem l. fin.*

*Quartò requiritur, quod bona in quibus missio in possessionem petitur, sint ex bonis à testatore possessis tempore mortis ipsius, quod etiam expressè probatur eadem in lege, in versic. mittatur equidem. Et pro requisito substantiali illius beneficij, & remedij scripserunt omnes interpretes vnanimiter, vt ex referendis infra deducitur, & ex Pelæz à Mieres, de maioratu parte 3. quæstio. 17. num. 8. vbi inquit, quod remedium dictæ l.*

*in omni iudicio  
quæ sit cum  
hæredibus  
executiuis de  
bet agens le  
xi Amari*

Etæ l. finalis, nõ competit nisi pro rebus, quas testator mortis tempore possidebat, quod probatur expresse in ipsa l. finali, ibi: *Mittat quidem in possessionem earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt.* Et ibi, *Non autem legitimo modo ab alio detinentur.* l. 2. tit. 14. part. 6. ibi: *Deuelo meter en posesion, y tenencia de la heredad, e de todas las otras cosas que auia, y tenia el testador, al tiempo y sazón que fue muerto.* Vbi Gregorius Lopez post Alexãdrum singulariter limitat, & refert Mieres vbi supra, & idem tenuit Burgos de Paz, in consil. 39. num. 1. qui etiam expendit l. 3. tit. 13. lib. 4. nouæ collect. Regiæ, ibi: *Los bienes que el tal difunto dexare.* Inde inferens, in bonis alienis immisionem fieri non posse, & exemplis comprobat, num. 8. & 9. & 10.

Quintò, & consequenter requiritur, quod alius legitime non possideat, idq; ex verbis ipsius l. finalis, supra relatis, in versic. non autem.

Sexto opus est, quod missio hæc in actis scribatur.

Septimo, quod hæres, qui se in possessionem mitti postulat, nõ possideat, nec possederit, quia tunc non adipiscendæ, sed vel retinendæ, vel recuperandæ possessionis remedium concederetur.

Octauo requiritur, quod iudex coram quo missio hæc in possessionem petitur, sit competens, quod probat text. in eadē l. finali, ibi: *Competenti iudici.*

Nono requiritur citatio, & libellus, prout ipse Menochius, enūtiat dicto num. 56. & latius explicat alio in loco, vt supra vidimus.

Decimo, & vltimo requiritur, quod hæres mortem testatoris probauerit. Et hætenus Menochius præfato num. 56. per totum, qui per discursum dicti remedij 4. suis peculiaribus quæstionibus superiora omnia declarat.

133 Et quidem si verum amamus, & constitutionem dictæ l. finalis nõ modo, sed etiam communes Doctorum traditiones inspicimus, negari equidem nullo pacto potest, quin omnia superiora requisita, vel necessaria sint, vt dicto reme-

dio locus fiat, vel saltem interuenire debeant, vt legitime, & iuxta intentionem ipsiusmet legis procedatur. Idcirco quãuis per multi alij iuris interpretes non tanta requirant, siuè simul recenseant, vere tamen non excludere cetera, siuè non intelligere, quin reliqua necessaria sint, sed ideò eadem non adijcere, quod vel certa sint, aut ad ordinem iudicij pertinentia, & sub eis, quæ ipsi principaliter perpendunt, cõprehendantur, vel quod ex constitutione eiusdem l. finalis, ita intelligantur, vt maiori expressione opus non fuerit. Et inde practi. Pap. inform. libel. quo petit. hered. ex testam. in glosa, in verbo, possideat, numer. 1. vbi tria tantum dicit requiri, & probari debere in iudicio dictæ l. finalis. Primò, quod testamētum sit solemne, & non in aliqua parte substantiali vitiatū. Secūdo, quod res, in quibus petitur fieri immissio, in bonis testatoris mortis eius tẽpore fuerint, & sic determinato tempore, aliàs succumberet, saltem quando legitimus extaret contraditor, vt explicat Personalis, referendus statim. Tertiò, quod testatoris mors proberetur. Suppleri inquam, atque explicari debebit iuxta superiora. Personalis etiam, de adipiscenda possessione, num. 172. qui eadem tria requirit dũtaxat, nec probationem additionis hæreditatis exigit. Et eodem pacto accipiendus, atque supplendus erit Hippolyt. Riminaldus, in consil. 585. num. 16. & 19. & 21. & 26. & 31. libro 5. vbi inquit, quod is, qui petit se mitti in possessionem ex ædicto diui Adria. debet probare se filium. Item producere testamētum non abolitum, nec cancelatum, nec vitiatum, & legitimo numero testium vallatum. Item probare debet mortem testatoris. Demum, quod bona fuerint mortis eius tempore; quæ (vt vides) quatuor sunt in effectu, eaque potissima dicti remedij requisita, vt sub eis, vel alia comprehendantur, vel aliter non exprimantur, quia ex constitutione dictæ l. finalis supponuntur vt certa.

136 Rursum, & eodem modo explicandū Alphonsum Azebedium, qui in l. 3. tit. 13. lib. 4.

## Quotidian. controuer. iuris.

lib. 4. nouæ collect. Regiæ, num. 5. & tribus sequentibus, quatuor duntaxat dicit probare debere eum, qui ex remedio dict. l. finalis, possessionem petit. Primo, quod testamentum sit solemne, & non vitiosum in aliqua parte substantiali. Secundo, quod res fuerint in bonis defuncti tempore mortis eius. Tertio probanda est mors testatoris. Quarto, quod iudex ante omnia inquirat, an alius sit in possessione bonorum illorum, necne. Alias namque (vt vides) si author hic non suppletur admodum aliorum, de quibus supra, deficiunt, & alia requisita, que missionem in possessionem minus legitimam efficerent. Ac deficit equidem primum illud Hippolyt. Riminaldi requisitum, cuius ipse mentionem non facit, nec etiam Riminaldum eundem refert in consilio nunc à me relato. Quartum autem, & vltimum requisitum Azebedij, nulibi equidem in iure probatur, nam & si requiratur, quod alius legitime non possideat, vt ex Menochio retuli supra, & infra dicendum est, attamen id intelligitur, quando legitime obijcitur, siue comparet contradictor, aut alius, qui se possidere, aut impedire debere remedium dict. l. fin. contendat, eo autem non apparente, nec aliquo obiecto, sed testamento ostenso in sui facie, & figura solemni, nec consilio de impedimento aliquo legitimo, non etiam contradictore aliquo existente, iudex non tenetur inquirere id, quod Azeuedius requirit, sed saluo iure possessoris hæredem in possessionem bonorum immittere, sat est, vt supra dicebam.

137 Sed & magis suppleri debet Borgninus Caualcanus, decisione 21. num. 81. & 82. pag. 3. fol. mihi 275. vbi tantum requirit, quod petens possessionem ex remedio dictæ l. finalis, verificet se hæredem esse, alias missionem fieri non posse etiam parte non petente, verificet etiam, notarium esse notarium publicum, & testamentum non esse vitiosum, cum tamen (vt remanet dictum) plura alia verificari necessarium sit, ex relatis supra. Subdit tamen Caualcanus metipse, nu-

mero 82. post Roman. Guid. Pap. Bald. & alios, quod producens scripturam, & testamentum, vti hæres, vel procurator, præsumitur esse ille met hæres, & procurator, de quo loquitur testamentum, & scriptura, quod quidem procedere posset, nisi alius contradiceret. & sic nullo contradicente, alias namque ex contradictione alterius non sufficeret ea præsumptio, sed dilucide constare oporteret, producentem esse eundem, qui in scriptura, vel testamento refertur.

138 Denique iuxta superiora intelligendus, atque supplendus erit D. Espino, in Speculo testam. glos. 34. de apertura testamenti, qui ex num. 22. vsque ad num. 29. non absolute satis, nec dilucide explicat articulum præfatum, quæ inquam requirantur, vt hæres mittatur in possessionem ex remedio dict. l. finalis, quauis quinque requisita recensuerit, vt ibi videbis.

139 Sed & notandum erit, superiores omnes authores vnanimiter firmasse, mortem testatoris probandam fore vt locus sit remedio dict. l. finalis, quod tenuit indistincte D. Espino, vbi supra, dicto num. 22. Azeuedius, num. 7. in dict. l. 3. titul. 13. libr. 4. dicens, quod hæc opinio obtinet, & seruatur in praxi, & cauti iudices nolunt possessionem præbere, nisi de morte testatoris prius constet, vel notorium sit, esse mortuum, & quod ita ipse semper facit articulos de morte testatoris.

Quam quidem opinionem, & probabilem satis, & veram arbitror, & in praxi tutiorem, prout veriore dixerunt Fulgosius, Alexander, & alij, quos retulit Menochius, dicto remedio 4. num. 667. & 668. quauis contrarium, imò testatoris mortem probandam non esse, firmauerint Bartol. Salicet. Iason. Decius, & alij, commemorati per eundem Menoch. num. 661. vsque ad num. 667. vbi & rationes, & fundamenta huius opinionis recenset. Et tandem num. 669. conciliat opiniones præfatas, quando mors testatoris probari debeat in remedio dictæ l. final. duobus casibus propositis. Primus est, cum hæres scriptus exhibet



bet instrumenti testamti, quod sibi datum à notario fuit Prætoris auctoritate, & tunc necessaria non est alia probatio mortis testatoris, siquidem non permisisset Prætor ei testamenti copiam fieri, nisi cognouisset testatorem fuisse mortuum, & pro iudice magna præsumptio est, & ita procedit opinio Bartoli, & communis. Secundus casus est, quando hæres exhibet instrumentum testamti, quod consequutus est aliunde, quam iudicialiter Prætoris authore, tunc quia eadem præsumptio non est, vel est præsumptio, quod vel illud subtraxerit testatori, vel quod illud testator tradiderit, ita quod non constat aliunde testatorem mortuum fuisse, & tunc mors probanda est, & Fulgosij, Alexandri, & sequacium sententia procedit, ex relata Menochij conciliatione, quæ vera equidem est, & probabilis.

141 Aliter etiam conciliandas easdem opiniones putavit Acchilles Personalis, de adipiscenda possessione, numer. 170. in versiculo, ego autem in tanta Doctorum varietate: & in versicul. si vero legitimus contradictor. Ut scilicet non existente legitimo contradictore procedat Bartoli, & sequacium opinio, atque ex sola testamenti ostensione in sui figura solemni, & nulla ex parte vitiat, missio in possessionem concedatur, & si mors testatoris non proberur, quoniam iudex falicis esse debet ad immittendum hæredem in possessionem, ubi non est contradictor. Si verò legitimus contradictor existat, tunc per solam testamenti exhibitionem, testatoris mors non probatur, sed requiritur, quod exquisitè testatoris mors probetur, ut latius ipse Personalis confirmat.

142 Addiderim ego, ex superioribus meam equidem esse, & confici opinionem, regulariter, ab eo, qui petit missionem in possessionem ex remedio dict. l. final. mortem esse, atque aliunde, quam per testamenti ostensionem probandam, idque iuxta Fulgos. Alexand. & sequacium sententiam cum aliàs contingere posset, si mors non appareret, aut non pro-

baretur, quod non mortui, sed viui bonorum possessio concederetur, quod esset maximum incoueniens, & absurdum. Deinde, sententiam eam fortius, & validius obtinere, atque practicari debere, cum causæ legitimus contradictor adesset, prout Personalis iudice obseruat, vel quando suspicio præsumptio aliqua iudicem in contrarium moueret, vel instrumentum testamenti aliunde quam iudicialiter, & Prætoris authore consequutus fuisset hæres, ut Menochius firmavit. Et quidem eis, & similibus casibus mortem probandam esse ab hærede remedio dict. l. finalis utente, nec aliter obtinere posse, sicuti omnes iuris interpretes supra relati arbitrantur, qui testatoris mortis probationem pro requisito adeò necessario adduxerunt. Mortem verò testatoris probare, necessarium non esse, vel cum notorium esset, testatorem mortuum fuisse, ut Azeuedius dicebat, vel nullus contradictor adesset, qui missionem in possessionem impedire intenderet, cum saluo iure aliorum missionem fieri debere, supra dixerimus. Vel etiam, quando instrumentum testamenti iudicialiter authore Prætoris, & eo modo, quo Menoch. constituit in primo casu relato, esset exhibitum, & de his hætenus, quæ ita remanent explicata dilucide magis, quam alij fecissent, & aliter quam explicauerit Ioannes Sicchardus, ad dict. l. fin. C. de ædict. diu. Adri. Toll. num. 24.

143 Sexto deinde & principaliter constituendum, atque obseruandum erit, dict. l. fin. C. de ædict. diu. Adri. Tol. remediū non quidem obtinere, quoties legitimus adest contradictor, eo namque casu, atque causa cognita, is in possessionem mittendus, qui iura potiora legitimis modis ostenderit, prout decidit text. in eadem l. fin. in §. fin. autem aliquis. Vbi omnes iuris interpretes vnanimiter obseruarunt. Ioannes Philippus, in summa vtriusque iuris, ad titulū, C. de ædict. diu. Adri. Tol. in vers. dixi dummodo, folio 207. Iacobus Cuiatius, in paratitla, ad eundem titulum, in versiculo, pluribus autem

# Quotidian. controuers. iuris

autem postulantibus. Antonius Faber, ad ipsummet titulum, definitione prima & secunda, fol. mihi 679. Iacobus Menochius, dicto remedio 4. num. 12. Anton. Gomet. in l. 45. Taur. numer. 147. in princip. Burgos de Paz, in cons. 39. num. 13. Sebastianus Næuius, select. iur. ad dictum titul. C. de e dict. diu. Adri. Tol. nu. 4. fol. 274.

144 Cæterum quis, & quando dicatur legitimus contradictor, maximum est, & præcipuum huius materiæ dubium, & adedò subobscure, & diffuse explicatum, vt vix si omnes iuris vtriusque interpretes ingenti studio, & labore prælegeris, certam aliquam aut firmam resolutionem deducere valeas ex eisdem. Ante alios tamen articulum præfatum tractarunt, atque explicarunt post glossam, Petrum Cynum, & alios Antiquos, in eadem l. finali. C. de e dict. diu. Adri. Tol. Bart. ex nu. 20. cum seq. Bal. nu. 42. Salicetus, num. 19. Angelus, numer. 6. Alexander, numero 23. Decius, ex num. 40. cum sequentibus. Iason, numero 23. in versiculo, assumo. Curtius Iunior. num. 146 70. & sequentibus, Vvertinus Zuccardus, numero 316. & pluribus sequentibus. Ioannes Siccardus, numer. 30. qui equidem, & alij authores, qui mox referuntur, diuersimode suscipiunt, atque diluunt disceptationem propositam, ita quod veritas vniuscuiusq; casus aut dubij non satis dilucide ex ipsorum dictis deprehendatur. Relictis autem eorundem antiquorum, & ordinariorum traditionibus, de quibus longa serie habetur per Menochium, & Personalem, in locis infra referendis, & recentiorum placita in eodem proposito (breuiter tamen) suscipiendo. Id primum in proposito dubio, quis nam dicatur legitimus contradictor, vt possit impedire immisionem & efficere, vt iudex nõ summe cognoscat, aut facile mittat aliquem in possessionem, sed vtriusque, idest, petentis immisionem, & contradicentis iura plene, & in forma iudicij examinet, & cuiuscunque potiora iura reperiat, eum mittat in possessionem bonorum: id inquam primo loco no-

tandũ duxi, Roland. à Valle, breuiter nimis se habuisse, in cons. 1. num. 71. libr. 1. quo loci dixit duntaxat, quod legitimus contradictor vt quis dicatur, requiritur. Primo, quod possideat, nec legitime contradicit, qui non possidet. Secundo requiritur, quod bona fide possideat. Tertio, quod incõtinenti doceat de iure suo, quæ tamẽ sola non sufficere, nec etiã ex sola possessione legitimũ quem effici contradictorẽ, ex infra dicendis cõstabit. Et in cons. 78. n. 5. & nu. 23. & 27. lib. 3. nõ etiã absolute resoluit dubiũ met ipsum Roland. idem, quanuis dict. nu. 5. Recte obseruauerit, dici cõtradictorem legitimum ad impediendũ immisionem in possessionem ex remedio dict. l. finali. qui allegat titulum & possessionem, non tamen dici contradictorem legitimũ, qui numquam possedit, & nu. 27. recte quoque statuerit, quod contradictor legitimus vt quis dicatur, requiritur, quod probet se possedisse ante mortẽ testatoris, vel quod habeat titulum similem, prouenientem à testatore; & non à diuersis.

Breuiter etiam se habuisse (duxit pariter notandũ) Burg. Sal. de Paze, in consil. 39. nu. 13. & 14. nã cum inquireret dicto numer. 14. contradictor legitimus quis diceretur, respondet, legitimum illum reputari contradictorem, qui ex titulo à defũcto habito possideret, quod est iuridice dictũ, nõ tamẽ cõprehenduntur omnia necessaria in hac materia (vt vides) siue alia requisita omittuntur.

147 Hippol. quoque Riminal. in cons. 585. nu. 3. cũ seq. & nu. 34. & 46. & nu. 87. lib. 5. licet obseruauerit nonnulla iuridice in eadem materia contradictoris legitimi, reliquit tamẽ quam plurima alia intacta, nec prædictum articulum plene examinat. Per depositum tamẽ non impediri immisionem in possessionem, recte obseruauit num. 34.

148 Latius equidẽ se expedit, sed non omnia dubia dissoluit, Anton. Gomet. in d. l. 45. Taur. num. 147. per totum, & nu. 150. quo loci primum, & recte constituit, quod legitimus contradictor is dicitur, qui detinet, vel possidet res, quando petitur

petitur immisio, & similiter habebat, & possidebat eas, tempore mortis defuncti, prout ex textu, in eadem l. finali probavit dicto numer. 147. in principio. Secundò inquit, quod erit legitimus còtradictor is, qui à defuncto titulum habuit, & de eius voluntate apprehendit possessionem post mortem ipsius. Tertio, quod erit legitimus còtradictor, qui post mortem testatoris habuit titulum verum, & habilē ad translationē dominij, & similiter possessionē ab aliquo tertio etiā si tempore mortis testatoris fuerint penes eū. Quod proculdubio difficultatem in se continet, & improbat ab alijs, sicuti ex Personalis, & Menochij resolutionibus constat apertius. Quarto, quod legitimus est contradictor, qui diceret se filium, vel successorem ab intestato, & testamentum nullum ratione præteritionis, vel diceret nullum ex defectu personæ testantis, vel diceret testamentum falsum, & offerret se incontinēti probare, quia tunc impeditur missio per text. in l. 2. C. de ædict. diu. Adri. Tol. quod est bene, & iuridicè dictum, atque còprobatur ex his, quæ infra adnotabuntur, ex traditionibus quoq; Menochij relati supra, quod attinet ad defectum personæ testantis, & Parladorij, rerum quotidianarum lib. 2. cap. 5. num. 11. quod ad præteritionem, vel exhæredationem attinet, dixit namque nume. 5. quod filius exhæredatus, legitimus est contradictor, hærede instituto veras exhæredationis causas esse non probante. Imò ex ipso, & explicari debet nouiter Gometius metipse, nam si filius se præteritum diceret, id equidem probare, & se filium esse incontinenti sufficeret, causas autem hæres scriptus probare deberet nouiori iure, vt certum est. Quinto, inquit idem Antonius Gometius, quod erit legitimus contradictor, qui allegat aliud testamentum solemne, quod derogat priori, & inde infert ad quæstionem, si duo, vel plura sunt testamenta contraria ab eodem testatore vno, & eodem die ordinata, in quibus diuersi hæredes sunt instituti, quis inquam de-

beat admitti: de qua vide etiam D. Espino, glos. 34. principali, numer. 32. & post alios multos, Iacob. Menochium, remedio 4. num. 781. cum seq. vsque ad num. 798. M. Anton. Peregrinum, de fideicommis, dict. articulo 48. num. 24. Angel. Mathæaccium, delegat. & fideicommis, lib. 4. cap. 1. Azebedium, in l. 3. tit. 13. lib. 4. nouæ collect. Regiæ, numer. 23. & duobus seq. Sexto & ultimo inquit ipse Antonius Gometius, quod non erit legitimus contradictor ille, qui habuit titulum habilem ad translationem dominij ab aliquo tertio in vita testatoris, vel posterus mortem, si nunquam habuit possessionem, nec fuit sibi tradita, sed possidebantur, vel detinebatur à defuncto tempore mortis, quod etiam est iuridicè dictum, & rectè probatur ibidem per Gometium eundem, qui tamen (vt dixi) absolute satis non explicat articulum præfatum contradictoris legitimi. Et in eodem Ioannes Sicchardus, in d. l. finali. C. de ædict. diu. Adri. Toll. nihil etiam absoluit, sed ad glossas se remisit, quæ tamen distincte satis, nec absolute non explicant, vt ex Menochio eodem infra constabit. Ad ipsum autem Menochium in proposito articulo, non immerito se retulit Azebedius, nec aliter ipsum explicauit, in dict. l. 3. tit. 13. num. 29. Numero autem 63. & duobus seq. non male constituit, missionem in possessionem impediri, si statim possessionem petens, debet eam contradictori restituere, vel si id ex voluntate testatoris valeat deduci, aut si non remaneat tuta causa proprietatis, puta quia non posset postmodum facile conueniri possessor talis.

<sup>149</sup> Rursus in eodem dubio non se gessit absolute satis siuè ex professo non explicauit ipsum, Iosephus Ludouicus, decisione Perulina quadragesima septima prima parte, nam cum numero 19. perquireret, contradictor legitimus quis dicitur ad impediendam missionem in possessionem, duntaxat (iuridicè tamē) respondit, legitimum contradictorem dicitur, cui testator in vita possessionem dedisset,

## Quotidian. controuers. iuris.

disset, vel licentiam ingrediendi post eius mortem, vel quando constituisset executores testamenti fideicommissarios.

151 Non etiam accurrate explicauit articulum eundem contradicitoris legitimi Sfortia Oddi, in cōs. 22. lib. 1. Nam etsi in argumento, & summarijs eius cōsili, dixerit, agi de legitimis contradicitoribus in remedio l. finalis. C. de ædict. D. Adri. Tol. duntaxat constituit, nu. 1. legitimū contradictozem esse, qui ad hoc iudiciū citatus est, quod tamen maiori indiget declaratione, nec ita absolute procedere posse, cōstat ex his, quæ Menochius, & Personalis commemorandi infra, obseruarunt dilucide. Eleganter etiā Hippol. Riminald. in consil. 585. num. 3. & 4. & 5. & nu. 45. lib. 5. vbi dixit nu. 2. legitimum esse contradictozem, qui habet iustum titulum ex instrumento celebrato ab ipso testatore, quod absolute ita non procedit, cum de possessione nihil dicatur, quam etiam eo casu requiri, alij interpretes affirmarūt, ita vt res fuerit dubia, vt etiam constat ex eisdem traditionibus Personalis, & Menochij, & tandē nu. 3. ipse Sfortia inquit, quod clausula constituti efficit legitimum cōtradictozem in remedio d. l. finalis, possidentem ex ea; id quod iuuari potest ex resolutionibus Burg. Sal. de Paze, in consil. 39. nu. 8 & vide Borgn. Cau. decisione 45. in addit. 1. parte, num. 7. & 8. & 9. decisione 5. num. 29. quarta parte. D. Espino, in Speculo testament. gloss. 34. principali, nu. 30. in princip. in versiculo, quo fit quod etiam. Vbi quando titulus deficit, contrarium sustinet.

152 Deinde & Ioannes Parladorius, rer. quotidianar. lib. 2. cap. 5. ex num. 3. & 4. & 5. conclusione 1. & numero 10. conclusione 2. & numero 26. conclusione 3. nō etiam absolute explicat præfatum dubium contradicitoris legitimi, multa potius valde necessaria relinquit intacta, vtpote cum dicto numero 3. duntaxat attulerit Alderi. & Azonis vulgatam illam, & antiquam dissensionem, postmodum verò tribus conclusionibus propositis, materiam hanc comprehendit, at-

que explicari posse arbitratus fuerit, quæ verè, & altiorem indaginem, & conclusionum maiorem numerum expostulat (vt vides) in effectu itaque tres præcipuas cōclusiones in articulo adeo dubio conficit, quæ tamen & verè sunt, atq; ex decisione dictæ l. finalis deducuntur aperte, legitimumque contradictozem dicit esse eum, qui testatoris mortis tempore legitime possidebat, & ad id expendit text. in dict. l. finali. C. de ædict. D. Adri. Tol. & in l. 2. titulo 14. par. 6. & latius explicat ex numero 5. sed an titulus ultra possessionem necessarius etiam tunc sit, non aperit vllō modo. Eum etiam reputat merito contradictozem legitimum, qui quanuis testatoris mortis tempore non possideret, ostendit titulum legitimum, atque immisione itidem dignum, vt si contradictor habeat titulum potiozem, quam hæres, if- *ad Verste* que immisionem itidē mereatur, præferendus sit in possessione dāda, ex textu, in eadem l. finali, & in dict. l. 2. partite, quæ rectè expenduntur ibidem. Eum denique legitimum appellat contradictozem ex numer. 26. Parladorius metipso, qui legitima sit præscriptione munitus, de quo infra agendum est. Et secū dum hæc quanuis author præfatus verè, & ingeniose superiora proponat, nō tamen absolute satis expiicauit articulū præfatū contradicitoris legitimi, & multa intacta prætermittit (vt dixi.) *in boue*

153 Prætermittit etiam quam plurima Ioannes Franciscus de Ponte, in consilio 20. ex numer. 25. vsque ad numerum 35. articulum tamen illum de habente titulum consimilem obtentum in vita defuncti, & possessionem, aut non possessionem; & quæstionem ordinariā glossæ, in eadem l. finali, verbo, legitimo, discutit vtiliter, & in effectu ex Butricario, Bartulo, Alberico, Decio, Alexandro, & alijs antiquis resoluit, dictæ l. finalis remedium cessare contra habentem titulum consimilem obtentum in vita defuncti, si possidet, secus si non possidet, & inde eo non possidente, iudiciū summarium illius l. procedere in fauorem hæredis

*bona doctu  
naparalo  
de bono  
dij conet  
lexio de  
quis =*  
 hæredis scripti: eo tamen possidente,  
 qui contradicit, & titulum confirmilem  
 producente, non esse locum summaria  
 cognitioni d.l. finalis. Sed agendum es-  
 se ordinario iudicio, & illum obtinere  
 debere, qui potiora iura probauerit, in  
 titulo etiam dissimili communem opi-  
 nionē tueri, quod fit idem, quando con-  
 tradictor allegat illum, & possessionem  
 simul, & cessare immisionem ex iudi-  
 cio summano, & discuti de potiori iu-  
 re in iudicio ordinario, ex alijs probat  
 ibidem, numero 31. vsque ad numerū  
 trigessimūtertium, quo loci cōcludit in eo  
 etiāquinon adducit titulum cōsimilem,  
 sed alium titulum habitum à testatore  
 in vita, esse communem opinionem A-  
 zonis, quod pariter faciat cessare iudi-  
 cium summarium dict. l. final. & conue-  
 nit Burgos de Paz, dict. consil. 39. Borg-  
 ninus Caualcanus, decisio. 5. numer. 29.  
 part. 4. & decisio. 45. in addit. prima par-  
 te, numer. 5. cum sequentib. ipse tamen  
 Caualcanus, decis. 20. part. 3. ex num. 24.  
 vsque ad numerum 56. & si congeserit  
 nonnulla in proposito eiusdem articuli,  
 nō etiam absolute explicauit ipsum, sed  
 non male, atque pro regula constituit  
 primo generaliter dicto numer. 24. hæ-  
 redem scriptum ostenso testamento so-  
 lemni, & non vitiato mittendum esse in  
 possessionem bonorum. Dixit autē sta-  
 tim ex num. 26. id fallere, primo, quan-  
 do alter haberet titulum a testatore, vel  
 a lege, per quem posset possidere bona  
 hæreditaria, & incontinenti apparenter  
 posset illum probare. Secundò fallere,  
 quando tertius contradictor possidet,  
 & dicit de nullitate testamēti, prout la-  
 tius ibi num. 27. & nume. 42. & 43. Ter-  
 tiò fallere, quando non esset seruata for-  
 ma iudicij executiui dictæ l. finalis, sed  
 sunt admissa alia respicientia plenum  
 possessorium, & petitorium, vt nume-  
 ro 28. & 43. latius probatur per Caual-  
 canum eundem. Quartò fallere, quan-  
 do tertius contradictor excipit, & pro-  
 bat suas exceptiones plenē, vel appa-  
 renter ex actis. Quintò fallere, quando  
 tertius contradictor possidet, & ha-

bet iustam causam retinendi possessio-  
 nem saltem coloratam, vt num. 31. & 45.  
 probauit author metipse. Sextò fallere,  
 quando hæres abintestato possidet, &  
 dicit testamētum nullum ex defectu de-  
 mentia, falsitatis, præteritionis, aut for-  
 mæ statuti non seruata, & ex lectura te-  
 stamenti, vel exactis statim potest appa-  
 rere plenē, vel semiplene, vt latius ibi-  
 dem, num. 32. 41. 42. 46. & 48.

Sed & D. Espino, in Speculo testamē-  
 torum, glos. 34. principali, de apertura  
 testamenti, nu. 30. per totū, accurate, &  
 dilucide parum articulū metipsum con-  
 tradictoris legitimi pertractauit, imò  
 nec Menochij locum rerulit, nec fecit  
 eiusdem mentionem aliquam, & in effe-  
 ctu tria obseruauit. Primo, quod legiti-  
 mus contradictor dicitur, qui possidet,  
 & allegat titulum similem, is verò, qui  
 sola vitur possessione sine titulo, quod  
 non est legitimus contradictor, quia so-  
 la possessio titulo non iustificata, vitio-  
 sa esse solet, quod est benedictū, & iux-  
 ta communes Doctorum doctrinas pro-  
 cedit. Secundò, quod legitimus contra-  
 dictor dicitur, qui allegat titulum a de-  
 functo, & possessionem a se ipso, vt la-  
 tius ibi explicat. Quod etiam communi  
 Doctorum placito probatur, licet dis-  
 sentiāt scriptores nonnulli, vt ex Peregri-  
 no dicetur statim. Tertiò, quod is dici-  
 tur, legitimus contradictor, qui vitium  
 visibile testamēti obijcit, quod etiā esse  
 verum, ex dictis & notatis, nume. præce-  
 dentibus deprehenditur manifeste.

Denique & vltimo (vt alia sciens, cō-  
 sultoque prætermittam) Marcus Anto-  
 nius Peregrinus, de fideicommissis, di-  
 cto articulo 48. ex num. 39. vsque ad nu-  
 merum 53. latius, atque ex professo ma-  
 gis quam cæteri iuris interpretes supra  
 relati fecissent, articulum eundem con-  
 tradictoris legitimi explanauit, atq; pro-  
 sequutus est, & plurima adduxit, quæ  
 præ oculis haberi debent in hac eadē d.l.  
 fin. materia, & de iure, atq; ex cōmunio-  
 ribus Doctorum placitis procedunt, re-  
 stius tamen fecisset, si Menoch. & Per-  
 sonal. obseruationibus atq; distinctioni-

*possessio abs  
que titulo  
falsa esse solet*

bus inhærendo, materiam eandem contradictoris legitimi suo ipsorū ordine, distinctionibus etiam eorundem explanasset. Vtiliter tamē atque distincte cōstituit d. nu. 39. quod possessor allegans possessionem ante mortem defuncti, & eam probans, est legitimus cōtradictor, idem si alleget se prius possidere ex testamento posteriori, vel pari in tēpore, vt ibidem nu. 40. idem si alleget titulum à defuncto, & ab hærede possessionē, vel à defuncto ipso, nā impediretur missio in possessionem, vt ibi nu. 41. idē si alleget titulum ab hærede habitū, & possessionem ab eodē, aut vacuam adeptā, vt ibi nu. 42. Idem etiam si allegaret titulū à defuncto, & vacuam possessionē per eum adeptā, vt tenent authores permulti, relati ibidē à Peregrino, nu. 43. & ex D. Espino supra proposui. Idē si allegaret titulum successionis ab intestato, & vitium visibile ex testamento apparens, vt ibid. nu. 44. & 45. idem etiam si allegaret titulum habitum aliunde quam à defuncto, & promptas, atque in continētī haberet probationes, secus si de dominio, & proprietate nō facile probari posset, vt per eundem Peregrinū, nu. 47. & 48. Si verò alleget titulū ab alio habitū viuente testatore, & possessionem post eius mortem per eum apprehensam, vel de manu alterius, non est legitimus cōtradictor, & actor præualebit, vt per eundem Peregrinum, d. art. 48. nu. 49. & 50. & 51. quod possessio, & titulus habitus post defuncti mortem ab alio, quam ab hærede non impedit missionem in possessionem ex remedio d. l. finalis, & hætenus M. Anto. Peregri. ex quo, & cæteris supra relatis, quam plurima deducuntur (vt vides) quæ & vera sunt, & in praxi varijs diuersisque causis, & negotijs poterūt deseruire. Et quāuis (vt quoque dixi supra) de per se non explicent satis absolute dictum articulum contradictoris legitimi, ea tamē ita iunxisse, & aggregasse, & sigillatim enumerasse, maximæ utilitatis futurum.

1570 Et inde, atq; in eodem articulo, meā ex ipsis, & alijs iuris authoribus conficiē

dam opinionem, constituēdo imprimis, certissimi iuris esse, missionē in possessionem impediri, cum legitimus adest contradictor, & vtriusque, idest, petētis immisionem, & contradicentis iura plene, & in forma iudicij examinanda, vt cuius potiora sint iura, deducatur aperte, & is in possessionem mittatur (vt supra ex multorum aliorū sententijs probaui) prætereā, possessionem & titulum contradictoris, siuē exceptiones eiusdē inspici debere omnino, vt à quo titulus & possessio prouenerit, an etiā sufficiens sit, nec ne, colligi valeat manifestius, & circa titulum, & possessionem ea magis in consideratione habeantur, quæ ex M. Anto. Peregri. præcipuē, & alijs etiam relatis supra deduxi, atq; ex ipsis in eodem articulo explicandam primum illā quæstionem Menochij, de adipiscenda, remedio 4. num. 554. ex quo numero vsque ad num. 630. diligenter admodum, atque erudite, absolute etiā, & accurate magis quam cæteri omnes fecissent, prosequutus est, atque explanauit disceptationem propositam, quis inquam dicatur contradictor legitimus. Latius etiā quam alij permulti fecerint, explicauit Achilles Personalis, de adipiscenda, ex nu. 391. vsque ad nu. 444. qui eadem vestigia Menoch. tentauit, & sequutus est in effectu.

1580 Prima igitur illa quæstio ex tribus propositis per Menochium, dicto numero 554. quæ est, quis dicatur legitimus contradictor ab initio causæ, atq; ita antequam iudex licentiam mittēdi in possessionem concessit. explicari, atq; dissolui debet ex omnibus doctrinis supra relatis, & maxime (vt dixi) ex traditionibus Peregrini commemoratis ibidē, in nonnullis verò, in quibus doctrinæ ipsæ antea relatæ deficiunt, supplendæ equidē sunt ex obseruationibus, & plurimorum casuum distinctionibus eiusdē Menochij, ex nu. 555. vsq; ad nu. 611. vbi decem, & septē casus cōsiderat: & nu. 561. & 578. ex multorum authorum placitis constituit, contradictorem legitimum ad impediendum summarium processū

non

Opinio nra  
authoris circa  
mag. subiecta  
qui non sit  
contradictor

non esse, qui possidet, si sine titulo est, &  
 nu. 574. & 582. contradictorem legitimū  
 non esse, qui titulum habet sine posses-  
 sione, & nu. 583. cōtradictorem legitimū  
 ad impediendam eam licentiam de mit-  
 tendo in possessionem esse eum, qui pos-  
 sidet à defuncto, vel cum possidet, vel ti-  
 tulum habet à defuncto, vt num. 586. vel  
 qui à defuncto titulum habuit, a se vero  
 possessionem, vt ibidem num. 588. & nu-  
 me. 609. vel qui vivente testatore possi-  
 debat, & nunc possidet, vt nume. 597. &  
 qui titulum dissimilem habet ab illo hæ-  
 redis, & in possessione est, vt ibidem n.  
 593. vel qui titulum & possessionem ha-  
 buit mortuo testatore, vt ibidem n. 604.  
 quibus & alijs numeris quā plurima alia  
 similia continentur, ex quibus (vt dixi)  
 plena & absoluta deducitur resolutio,  
 atque authorum præfatorum doctrinæ  
 & resolutiones suppleuntur, quæ & sup-  
 plēdæ quoq; sunt ex traditionibus Achi-  
 les Perso. de adipif. poss. ex nu. 392. cum  
 seq. vbi conuenit in omnibus Menochij  
 obseruationibus, & primam illam quæ-  
 stionē Menochij ipsius de legitimo con-  
 tradictore ab initio causæ, atque ita an-  
 tequam iudex licentiam mittendi in pos-  
 sessionem concessit, prosequitur ex d.  
 nu. 392. vsque ad nu. 439. & plures etiam  
 casus considerat, qui in idem cum Meno-  
 chio tendunt. Solum etiam titulum abs-  
 que possessione non proficere, testatur  
 ex num. 392. vbi etiam vtrum necessarius  
 sit titulus similis titulo hæredis, vel dissi-  
 milis sufficiat, accuratè discutit. Et ha-  
 ctenus de prima quæstione Menoch. ex  
 d. nu. 554. vsque ad n. 626. iuxta quam, &  
 quatenus ipse Menoc. inquit nu. 555. 556.  
 & 557. quod contradictor legitimus est,  
 qui citatus fuit, etiam si non possideat,  
 vel detineat, quod repetit nu. 567. Con-  
 tra si non possideat, nec teneat, nec cita-  
 tus fuerit, aut si allegat titulū diuersum,  
 cum nec possidet, nec detinet, nec cita-  
 tus fuit: animaduertendum erit, superio-  
 res omnes authores, ac maxime Perso.  
 post alios, in eodē quoq; placito fuisse,  
 & idē voluisse, vel supposuisse saltē a-  
 pte, atq; expressim sequutū fuisse Hip-

polyt. Riminald in consil. 585. nu. 3. lib. 5.  
 vbi inquit, quod citatus dicitur legiti-  
 mus contradictor ad impediendam mis-  
 sionem in possessionem, & reddit ratio-  
 nem, nu. 4. quia fuit approbatus. Ceterū  
 nu. 45. id explicasse, vt procedat, quando  
 fuit citatus simpliciter, secus si pro suo  
 interesse, & si sua putat interesse, nisi do-  
 ceat de suo interesse, hoc est, se ius habe-  
 re in causa, vt ex alijs iuris interpretibus  
 obseruatit ibidem Hippol. Riminal. nu.  
 45. erit etiam animaduertendum, Meno-  
 chium eundem, maiori ex parte, & fere  
 in eisdem, omnibusque decem & septē  
 casibus præfata primæ quæstionis pro-  
 certo tradidisse, legitimū contradicto-  
 rem ad impediendam missionem in pos-  
 sessionē ex remedio d. l. finalis, esse eū,  
 qui legitimā allegauerit causam, illam-  
 que in continēti paratus sit probare, tunc  
 namq; audiendus erit, vt docere de iure  
 suo possit, qui vult in continēti proba-  
 re. Et ita per text. in l. 2. iūcta sua glossa,  
 & in d. l. fin. C. de ædict. D. Adr. Tol. ob-  
 seruauerunt ibidē scribentes omnes cōmu-  
 niter, Menoch. dicto remedio 4. nu. 605.  
 Rolan. in consil. 1. nu. 24. & duobus seq.  
 lib. 1. Caualcant. decis. 45. in addit. prima  
 parte, nu. 11. Hippol. Riminal. d. cons. 585.  
 nu. 67. lib. 5. Ioannes Francisc. de Ponte,  
 in consil. 20. nu. 54. & 55. & consil. 21. nu.  
 23. Peregrinus, de fideicommissis, d. art.  
 48. nu. 42. & 47. Burgos de Paz, in cons.  
 39. nu. 2. & 3. Parladorius, rerum quoti-  
 dianarum, lib. 2. cap. 5. nu. 4. qui duo re-  
 ctè expendunt text. in l. 2. tit. 14. part. 6.  
 in illis verbis: *Fueras ende si tu ego quisiere  
 probar lo que dize sin alongamiento ninguno,  
 ea entonces deuese detener la entrega, e oirle, e  
 recibir las probanças sobre esta razon.* In cō-  
 tinēti verò quenadmodum accipiatur,  
 siuē quid dicatur probari posse; dubita-  
 runt quoq; in hac eadē materia Docto-  
 res, & diuersi mode explicarunt, alij nā-  
 que dixerunt, quod in continēti dicitur  
 fieri, quod infra duos mēses fit, alij quod  
 infra octo dies fit, vel plures, alij aliter  
 statuerunt; sicuti constat ex his, quæ in  
 proposito reliquerunt scripta Parisius,  
 in cons. 11. ex nu. 18. cum seq. lib. 3. Ioann.

de Amicis, in consil. 63. nu. 5. & seq. Octa-  
uia. Chacher. decis. Pedemon. 26. nu. 16.  
Achil. Persona. de adipiscenda, nu. 408.  
167 Crebiori verò interpretum sententia  
receptum est, totū id iudicis statuendū  
esse arbitrio: sicuti ex alijs authoribus  
obseruarunt Guid. Pap. q. 132. nu. 2. Plo-  
tus, in l. si quando, nu. 92. C. vnde vi, Ioā-  
nes Sichard. in d. l. fin. C. de ædict. D. Ad.  
Tol. nu. 18. Menoch. d. remedio 4. num.  
730. & nu. 772. Ioannes Francisc. de Pōte,  
in cons. 20. nu. 55. & cons. 21. nu. 23. Mar-  
cabrunus, in cons. 62. num. 35. Parlador.  
lib. 2. d. c. 5. nu. 4. Petrus Surdus, decisio. 169  
333. nu. 9. lib. 2. Stephanus Gratianus, dis-  
ceptationum Foren. c. 47. nu. 5. & verius  
quidem mihi videtur, nec aliter posse  
propter diuersitatē casuū, & negotio-  
rum, diuersasq; eorum circumstātiās, &  
qualitates dubium hoc explanari, nec re-  
gula alia generali definiri, quāuis aliter  
explicare contendat Personalis, d. num.  
168 408. Et receptam hanc, atque commu-  
nem sententiam firmiter impugnet, &  
refutet Hippol. Riminal. in cons. 585. ex  
nu. 67. vsque ad num. 72. lib. 5. qui posito,  
quod iudex arbitrari debeat in articulo  
& dubio præfato, inquit, quod debet ar-  
bitrari eo modo, quo Bart. & sequaces  
eius docuerūt, vt scilicet exceptio dica-  
tur in continenti probari, si non excedat  
tēpus, intra quod causa expediretur ex-  
ceptione non proposita; & subdit, quod  
Bart. sentētia magnā habet æquitatē, eo  
magis quod Ripa Relat. ibid. nu. 70. per  
Rimin. nō negauerit, quod iudex possit  
ex causa hunc terminū coarctare, & isto  
respectu dicatur arbitrariū, & sic secun-  
dum eundē Riminal. poterit iudex breuius  
tempus ad probandam exceptionē præ-  
fingere, quam detur ad executionē cō-  
mittendam, longius verò nequaquā. Et  
loquitur Riminal. metipse, atque versatur  
in materia d. l. fin. C. de ædict. D. Adria.  
Tol. & quidem licet arbitriū iudicis at-  
tēdi debeat regulariter in hoc dubio, ex  
sententia cōmuni relata supr. Bart. tamē  
doctrinam, & sententiā sæpē profutura  
& seruandam arbitrari. Et eidem iungen-  
dum Azeued. in l. 1. tit. 5. lib. 4. nouē col-

lect. Regiæ, nu. 71. quo loci, nulla Riminal.  
mentione facta, relato tamen Molin. de  
Hispan. primogenijs, lib. 3. c. 13. n. 16. & Bar.  
etiam Theorica præcitata; adnotauit,  
quod exceptiones in continenti probari,  
neque altiore requirere indaginem di-  
citur, quoties intra terminum à iure as-  
signatum instantiæ, & processui proban-  
tur. Sed cum totum hoc iudex bonus ins-  
picere debeat, & cetera quæ occurrunt  
cōsiderare, nihil melius, ac securius sta-  
tui potest (vt dixi) quam vt iudicis arbi-  
trio res ipsa relinquatur omnino.

Quod attinet verò ad secundā que-  
stionem Menochij principalem, & secū-  
dum membrum distinctionis, quando di-  
catur legitimus contradictor, qui com-  
paret post sententiam latam demittēdo  
in possessionem: duos casus principales  
distinguit Menochius, dicto remedio 4.  
nu. 611. & latius explicauit vsque ad nu.  
626. Primus casus est, quando is contra-  
dictor citatus fuit, quo quidem casu re-  
gula est, hunc esse legitimum contra-  
dictorē, quia per citationē cēsetur appro-  
bata persona citati; est ergo executio cō-  
cessę licentiæ interim suspendenda, do-  
nec de iuribus citati discutiatur, vt la-  
tius prosequitur ipse Menochius, vsq;  
ad num. 622. Personalis, de adipiscenda,  
ex num. 439. vsque ad num. 442.

Secundus casus est, quādo iste cōtra-  
dictor citatus nō fuit, sed comparet post  
sententiā de mittendo in possessionē, vt  
pro suo interesse audiatur, & hoc casu  
solū auditur, si in continenti paratus est  
de iure suo probare, sicuti explicat ipse  
Menoch. ex nu. 622. vsque ad nu. 626. &  
cōuenit Personalis, nu. 440. & 441. Ad-  
diderim ego, & istam quæstionem secū-  
dam eisdem regulis, & doctrinis guber-  
nandā, atq; definiendam, quibus primā  
definiri diximus, cū ab initio causæ, &  
ante licentiam de immittendo concessā  
contradictor apparet: & ita inspiciendū  
quo titulo, & possessione, quavē de cau-  
sa excitetur cōtradictor, vt iammissionē  
impedire contendat, & in continenti, id-  
que probare paratus sit, an sufficiat de  
iure, necne, quod est certissimum.

Quoad



170 Quoad tertiã verò & vltimam quæ-  
 sitionem Menochij, quando dicatur le-  
 gitimus contradictor, qui cõparet post  
 missionem in possessionem, vt eam re-  
 uocari, vel nullam pronũtiari obtineat,  
 quatuor casus constituit idem Menoch.  
 dicto remedio 4. ex num. 626. vsque ad  
 num. 630. Primus casus est, cum contra-  
 dictor non venit directo ad contradicẽ-  
 dum primæ immisioni, sed ipse requi-  
 rit principaliter, se mitti in possessionẽ  
 pro suo iure, & testamentum producit,  
 quo hæres factus est, & in hoc casu au-  
 diendus est, & mittendus in possessionẽ  
 si ius potentius obtinet, quam obtineat  
 hæres ille. Secundus casus est, cum hic  
 contradictor directo venit contra mis-  
 sionem illam, petens ipsam reuocari, &  
 annullari: pro suo iure, allegans se possi-  
 dere, & citatum non fuisse: & tunc mis-  
 sionem hanc esse reuocandam, post Bar-  
 tol. & alios plures firmavit Menoch. nu-  
 mer. 627. Tertius casus est, cum hic con-  
 tradictor, qui hoc tempore venit, non  
 possedit, nec citatus fuit, vel si possedit,  
 citatus non fuit: & tũc si allegat aliquod  
 \* ius, quod exclusiuum sit intentionis hæ-  
 redis, & beneficij d. l. finalis, hæc missio  
 in possessionem reuocabitur, prout exẽ-  
 pla adducens, explanauit ipse Menoch.  
 num. 628. Quartus est casus, cum contra-  
 dictor, qui eo tempore venit, nõ posse-  
 dit, vel si possedit, vel non citatus fuit, nõ  
 probauit ius aliquod, quo mereatur illa  
 missio reuocari, tunc nõ reuocatur, sed  
 ius suum proponere is debet in iudicio  
 ordinario, ex eodem Menochio, n. 629.  
 cui in effectu conuenit Person. numero  
 442. per totum.

171 Septimò deinde & principaliter ob-  
 seruandum, atque constituẽdum est, du-  
 bium maximum esse, vtrum superius di-  
 cta, & quæ hactenus resoluta fuere, pro-  
 cedant quoque in fideicõmissario, idque  
 vt distinctè & breuiter absoluator, cum  
 ab alijs tractatum fuerit plena manu, 172  
 duo casus constituendi erunt, siue duæ  
 quæstiones distinctæ agitandæ. Prima  
 est, vtrũ fideicõmissarius vniuersalis, le-  
 gitimus contradictor sit ad impediẽ-

dum missionem in possessionem ex re-  
 medio dictæ l. finalis? Secunda quæstio  
 est, vtrum fideicõmissario vniuersali  
 concedatur remedium possessorium eius-  
 dem l. finalis? Et quidem quod attinet ad  
 primam quæstionem obseruandum est,  
 plena manu explicatam, atque resolutã  
 ipsam post ordinarios, & alios multos,  
 per Menochium, de adipiscenda, reme-  
 dio 4. ex nu. 630. vsq; ad nu. 642. per Ro-  
 landum, in consil. 78. ex num. 1. & num.  
 14. cum seq. & nu. 21. lib. 3. Personalem,  
 de adipiscenda, num. 408. Iosephum Lu-  
 douicum, decisione Perusina 47. prima  
 parte, Ioan. Francisc. de Ponte, in consil.  
 20. ex num. 38. & in consil. 21. nu. 26. Mar-  
 cū Anton. Peregrini. de fideicõmissis,  
 artic. 48. num. 17. & num. 33. Petr. Surdũ,  
 decis. 333. lib. 2. Anton. Fabrum, ad tit. C.  
 de ædict. D. Adri. Tol. definitione 2. fol.  
 mihi 679. Stephanum Gratianũ, discep-  
 tationum Forensium, c. 47. per totum,  
 Cardinalẽ Dominicum Thuscũ, pract.  
 conclusionum iuris, tom 3. lit. F. conclu-  
 sione 267. fol. 822. alios per multos sciẽs  
 consultoque prætermitto. Ex ipsis autẽ  
 sequẽtia deducuntur expressim, & vni-  
 formi assensu. Primum, fideicõmissa-  
 rium esse legitimum contradictorem,  
 cū ipse non possidet. Secundo, esse con-  
 tradictorem legitimum, cum possidet  
 sine vitio, & paratus est statim & incon-  
 tinẽti probare de iure suo, secus si in cõ-  
 tinenti non sit paratus probare. Tertio,  
 cū apprehendit possessionẽ præcedẽte  
 restitutione verbali saltem, aut reali fa-  
 cta sibi ab hærede, aliàs secus. Addide-  
 rim ego, concurrentibus his, quæ (vt vi-  
 des) de iure communi absque dubio, &  
 ex communi Doctorum sententia pro-  
 cedunt, & de iure huius Regni certissi-  
 mum esse, imò fortiori ratione fideicõ-  
 missarium esse contradictorem legiti-  
 mũ, prout apertius constabit ex his, quæ  
 sequenti quæstione dicentur.

Quod verò attinet ad secundã quæ-  
 sitionẽ, vtrum fideicõmissario vniuersali  
 concedatur remedium possessorium d.  
 l. finalis, obseruandũ pariter erit, ipsam-  
 met plene agitã, atque explicatã post

ordinarios, & alios multos, per Menochium, d. remedio 4. ex nu. 166. vsque ad num. 206. per Achil. Personal. de adipiscenda, ex nu. 186. cum infinitis seq. Anto. Gometium, in l. 45. Tauri, nu. 138. Simonem de Prætis, de interpretatione vltimarū voluntatum, lib. 5. interpret. 2. dubitatione 3. ex nu. 41. cum pluribus seq. folio mihi 518. Peregr. de fideicom. d. art. 48. ex nu. 5. vsq; ad nu. 17. D. Espino, in Speculo testamentorū, glo. 34. principali, nu. 29. Petr. Surd. d. decis. 333. Steph. Gratianum, disceptationum Forēsiū, cap. 47. Ioannem Vincentium Hondedei, in consilio 64. numero 56. & tribus sequentibus, libro 1. alios etiam plures sciens consultoque prætermitto, sicut quæstione superiori feci. Ex relatis verò nunc, & communibus Doctorū sententijs, sequentia deducuntur expressim. Primum, fideicommissario vniuersali, cui nec re, nec verbo facta est fideicommissi restitutio, concedendum esse dict. l. finalis remedium. Secundò, fideicommissario, cui re facta est fideicommissi restitutio, non concedendum l. eiusdem finalis remedium. Tertio, concedendum esse fideicommissario vniuersali, cui facta est restitutio verbo tantum, idq; extendendum esse quoque ad fideicommissum in codicillis relictum. Quarto, remedium metipsum dictæ l. finalis, concedendum esse fideicommissario illi, cui etsi aggravato hærede nulla facta est fideicommissi restitutio, à lege deferuntur iura, & actiones sine aliqua hominis restitutione, quoniã idem operatur lex in hoc, quod verbalis restitutio ab hærede facta. Quinto, in omnibus casibus, in quibus fideicommissario concedi beneficium dictæ l. finalis diximus, intelligendum esse, dummodo casus ipse fideicommissi euenit, atque ita probandū esse à fideicommissario, quod restitutionis casus euenit, sicuti Menochius vbi supra, nu. 205. rectè obseruauit.

173 Et hæc quidem de iure communi certissima sunt, ceterū de iure huius Regni videndum est, vtrum immutentur in aliquo, siue an fideicommissario vniuersali

competat; dictæ l. finalis remedium, etiã nulla restitutione, nec verbali sibi facta per hæredem. Et quidem Burgos Sal. de Paze, in l. 3. Tauri, prima parte, conclusionem 7. numero 958. folio mihi 298. in eam magis arripit sententiam, vt fideicommissarius hodie extante l. ordinamenti, quæ est l. prima, titulo 4. libro 5. nouæ collect. Regiæ, & validum efficit testamentum, etsi hæreditas nõ adæatur, fideicommissa que prorsus sustinet, & citra restitutionem ab hærede facta, habeat remedium dictæ l. finalis, vt mittatur in possessionem omnium bonorū, & inquit idem tenuisse in proprijs terminis Gregorium Lopez ibi relatum.

174 Ego verò vt in hoc dubio meam sententiam interponam, & dilucide, atque absolute magis, quam hactenus factum fuerit, rem ipsam explicem, sequentia constituere, atque præmittere, necessarium duxi, imprimis, negari non posse, quin lex illa Regia, in eo quod de missio ne in possessionem iure communi statutum erat, nihil nouū disposuerit, nec in nouauerit aliquid circa ea, quæ ex communibus DD. traditionibus supra resoluiimus; remedium inquam, d. l. finalis, nõ competere fideicommissario, nisi restitutione saltem verbali facta, cū ante restitutionem saltem verbalē, nullum ius habeat in hæreditate, vnde ad hoc vt iura in ipsum transeāt, huiusmodi restitutio requiritur l. facta, & l. restituta. ff. ad Trebel. & notarūt authores supra præcitati. Eleganter Petrus Surdus, decis. 333. ex num. 8. Stephanus Gratianus, disceptationum Forensium, cap. 47. numero 1. & seq. & num. 6. & 8. in fine, Anton. Pichardus, ad l. restituta, el. 2. ex num. 1. cū seq. institu. de fideicom. hæred. quãuis ergo eadem l. Regia prima disposuerit, testamentum absq; hæredis institutione validum esse, item quod si hæres institutus adire nolit, soluantur legata, & omnia alia in testamento cõtenta, firmitatē obtineāt, cuius contrariū statutum erat de iure cõmuni, item quod nolēte adire, vel acceptare primo instituto, vel legatario hæreditatem, vel legatum, nihil-

ominus substitutus ad hæreditatem, seu legatum admittatur, quod etiam aliter procedebat de iure communi, sicuti ex alijs Anto. Picar. obseruauit, in §. imprimis, nu. 7. & 8. instit. de fideicôm. hæred. folio mihi 1094. & 1095. non tamen decidit, quid faciendum sit hærede instituto adente, aut adire volente, quando per fideicômmissum vniuersale tenetur hæreditatē restituere, si fideicômmissarius contendat se mitti in possessionem ex remedio, d. l. fin. C. de ædi. D. Ad. Tol. Ideoq; superiora omnia ex remedio l. ipsius finalis circa fideicômmissum, tanquā ab illa l. non innouata, in iuris cômunis dispositione remansisse videntur, l. commodissime. ff. de libe. & posthu. cum alijs vulgaris. Ex quo fit, vt hodie, sicut & olim resolutiones illæ cômunes, quas adduximus supra circa fideicômmissariū, obseruandæ sint, maxime cū hæres adire velit, aut fideicômmissario petenti missionē in possessionem bonorum ex remedio, d. l. finalis contradiceret quouis modo, vt statim dicitur.

175 Secundò deinde constituo, ex dictis obseruatione præcedenti, & ad dictā l. Regiam primā, tit. 4. lib. 5. nouæ collect. Regiæ adnotatis, deduci manifeste, hodie non cessare quartę detractiōnē, ex eo quod testamentum valeat absq; hæredis institutione, & inde nec Falcidiā, nec Trebellianicam hodie sublatā esse, imò hodie, sicut & olim de legatis & fideicômmissis vniuersalibus Trebellianicā, de singularibus verò falcidiā detrahendam fore: vtpote cum eadē l. prima Regia deciderit dūtaxat tria illa, quæ nunc obseruauit, non tamē decidat, quid faciendum sit in hoc casu, quādo testator hæredem pluribus legatis, & fideicômmissis onerauit, & ita in terminis post alios huius Regni authores resoluit erudite, & optimè comprobat Ludouicus Moli. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 17. nu. 10. per totum, sequuntur Gratianus, regula 200. in fine, Lara, in l. si quis à liberis, in §. vtrum, num. 18. Ioannes Parladorius, rerum quotidianarum, libro 1. c. 11. Martiençus, in d. l. 1. titulo. 4. libro 5. glossa 19.

num. 5. & 11. & num. 18. & tribus seq. lib. 5. ibidem Azebedius, num. 121. Antonius Pichardus, in principio, institut. de lege falcidia, ex num. 27. vsque ad nume. 44. folio mihi 1042. & 1043. vbi responderet fundamentis nonnullis, quæ in contrariū excitari possunt. Et ita quidem tenendū est, tametsi D. Espino, in Speculo testament. glo. 8. ex nu. 88. Zauallos, cômun. contra communes, quæstione 30. in fine, & quæstione 665. numero 12. & 13. contrarium tueantur præpostere.

Tertiò constituo, fideicommisario vniuersali facta ab hærede restitutione saltem verbali, aut cum à iure transeunt in eum iura, & actiones, & sic ab eodem iure restitutio habetur pro facta; competere remediū, d. l. finalis, vt supra ex Menochio, & alijs multis dicebā, & obseruauerunt dilucide Petrus Surdus, d. decis. 333. ex nu. 8. Steph. Gratia. discepta. Forē. d. c. 47. ex nu. 3. Id tamē nō procedere, siuē limitari, quando hæres contradiceret, & contenderet se detracturū, aut falcidiā, aut Trebellianicā, aut legitimā, vel quid aliud, quod detrahere de iure posset: tūc namque fideicommisarius non obtineret, si ex remedio, d. l. finalis possessionē bonorum contēderet sibi dari, idq; iuxta ea, quæ post alios authores scripserūt Octavian. Chacheranus, decis. 34. ex nu. 22. cum seq. Rolandus, in conf. 78. ex nu. 14. & nu. 21. lib. 3. Iosephus Ludouic. decisione Perusina 47. ex num. 15. cum seq. 176 Surdus, & Grat. in locis relatis supra. Et cōprobatur ex his, quæ adnotarunt vnanimitè in hac materia interpretes nostri, etiam hoc casu, quando à lege fit restitutio, siuē ex iuris dispositione transeunt iura & actiones in fideicommisarium ipso iure, nō posse ipsum apprehendere possessionē, nisi de manu hæredis, vt ex multis tradidit Petrus Surdus, in conf. 73. nu. 29. lib. 1. & d. decis. 333. num. 8. Steph. Grat. d. c. 47. nu. 7. Ioseph. Ludouicus, d. decis. 47. nu. 15. Cardinalis Dominicus Thuscus, pract. conclusionum iuris, tomo 3. lit. F. conclusione 268. fol. 822. quod in dicta l. Regia prima (vt vi-des) non modo innouatur, sed nec vllō

177 modo disponitur aliquid circa prædicta. Comprobatur deinde, & in fortioribus terminis ex alia Doctorum doctrina, & sententia in hac materia, fideicommissarium, etiam possidentem, non esse legitimum contradicteorem ad impediendâ hæredi scripto immiſſionem in possessionem ex remedio d.l. finalis, quoties hæres ipse scriptus potest detrahere falcidiam, aut Trebellianicam, aut legitimam, aut quid aliud: tunc namque, & generaliter, quando ex aliquibus bonis detractio competit aliqua, fideicommissarius possidens tenetur bona restituere, donec fiat deductio. Ita sane post alios multos iuris interpretes scripserunt Rolandus, d. consil. 78. nu. 21. lib. 3. Menoch. d. remedio 4. nu. 638. Petr. Surdus, d. decis. 333. nu. 4. & nu. 8. & per totam, Octavianus Chacheranus, d. decis. 34. ex nu. 22. Ioseph. Lud. d. decis. 47. nu. 18. Steph. Gratia. d. c. 47. disceptatio. Forensium.

178 Quarto cõstituo, ex hætenus dictis, deduci aperte, non sequi sane, testamentum valet hodie absque hæredis institutione ex decis. d.l. Regiæ primæ, tit. 4. ergo fideicommissario competit absolute remedium, d.l. finalis, etiã nulla restitutione sibi facta, imò cõtrarium sequi, atque ex ipsamet l. è cõtrario deduci palam, quod etiam hodie si hæres existatis, qui velit adire, impediri fideicommissario remediũ dictæ l. finalis, aut non aliàs cõcedendum, quam hærede ipso scripto citato, cum non constet, an ipse velit adire, necne, an etiam intēdat, se detrahaturum ea, quæ detrahere posse ipsum, nunc dicebamus, aut non concedendũ, nisi possidente sine vitio ipso fideicommissario, sicuti de iure cõmuni supra resoluiamus. Imò absque dubio hæc procedere, & fideicommissario demergendum remedium, d.l. finalis, quando hæres cõtradiceret, & ipse peteret miſſionem in possessionem, & allegaret detractioes prædictas, vel aliquam earum locũ habituras, quæ etiam, & de iure huius Regni, & post decis. d.l. primæ Regiæ locũ obtinent, vt supra notavi. Imò nec prodesset eo casu fideicommissario possessio ad

impediendam dictam immiſſionem, ex Rolando, Surdo, Stephan. Gratiano, & cæteris supra relatis. Nec audiretur, si diceret, se velle docere de iure suo in cõtinenti, cum incontinenti constare non possit de prædictis, & de iure fideicommissi, atque esse possit, quod factis detractioibus nihil sit restituendum ob æs alienũ, & alias causas, ex quibus non dicitur liquidum, quod est restituendũ, qua liquidatione non facta, non potest abijci aliquis dolus hæredi, nec quod dolo faciat petendo possessionem eorum, quæ statim restitutus est; id quod Stephanus Gratianus, disceptationum Forensium, d. c. 47. nu. 4. & Petrus Surdus, d. decis. 333. nu. 8. singulariter obseruarunt.

Remanet ergo, Burg. Sal. de Paze sententiã relata supra, obtinere duntaxat, vbi nullus hæres scriptus est, vel cũ scriptus nolit adire hæreditatem, nec posse procedere, vbi hæres velit adire, aut cõtradicat, & maximè cum detractioes præfatas obijciat. Id quod aperte satis probatur ex verbis, d.l. Regiæ primæ, in versic. *Y mandamos que el testamento. Et in vers. Y si el testador instituyere heredero. & in vers. Y si alguno dexare.* Vbi ita demum substitutus, aut fideicommissarius ad hæreditatem, seu legatum, aut fideicommissum admittitur, si primus institutus nolit adire, vel acceptare; dicitur enim, *Y si alguno dexare a otro en su postrimera voluntad por heredero, o le legare, o mandare alguna cosa, para que la de a otro alguno, a quien sustituye en la herencia, o manda, si el tal heredero, o legatario no quisiere aceptar, o renunciar la herencia, o el legado, el sustituto, o sustitutos lo puedan auer todo.* Ergo, *Si quisiere aceptar, y no renunciar el heredero, no lo abran los sustitutos, o fideicomisarios, sino los herederos:* & restituent post modum, sicut de iure cõmuni statutum erat, & sic nõ dabitur fideicommissario remedium, d.l. finalis, nec aliquid de iure regio paritarum innovatum dicetur, quod est notandum, & à nullo hætenus sic explicatum.

180 Quinto, & vltimo constituo, de iure cõmuni certissimũ esse, hæreditatẽ adire, cogi posse eũ, qui ipsam alteri restituere

tuere grauatus est, quoties ad actionū trās-  
 fusio datur. l. 4. l. ille a quo, l. nā quod, §.  
 cōpulsus, l. recusare, l. ita tñ, §. qui suspe-  
 ctā, ff. ad Trebel. l. non iustam cum alijs  
 vulgatis, C. eod. tit. l. 14. tit. 15. p. 6. l. fi. tit.  
 II. ead. 5. partit. & post alios authores la-  
 tius exornat Ant. Pichar. in §. sed si recu-  
 sabat, 6. insti. de fideic. hāredit. Hodie tñ  
 181 post decisionē d. l. Reg. i. tit. 4. lib. 5. nou.  
 collect. Reg. in relatis verbis finalibus,  
 hāredem grauātū hēreditatē restituere  
 cogi non posse, & correctū esse ius com-  
 mune ex ea lege, qua non deceditur, vt  
 hāres qui hāreditatem recusat, eā com-  
 pellatur adire, sed tñ vt eo casu substi-  
 tutus, aut fideicommissarius ad eā admit-  
 tatur: reliquerunt scriptum Greg. Lop.  
 & cum eo Ant. Pichar. vbi sup. nu. 9. fol. 183  
 mihi 1142. & Matienç. referendus infra,  
 quem Pichardus non commemorauit.  
 182 Cæterū contrariam sententiam, imō  
 quod hodie etiā post decis. d. l. Regiæ. i.  
 hāres possit compelli a fideicōmissario  
 vniuersali, vt adeat hāreditatem, proba-  
 biliorē putauit Burg. Sal. de Paze (quem  
 nec retulit, nec de hac contrarietate mē-  
 tionem fecit Pichardus) in d. l. 3. Taur. i.  
 par. concl. 8. ex nu. 994. fol. mihi 302. co-  
 lu. 4. vsque ad n. 1001. vbi remanet in hac  
 sententia, & verba legis eiusdem Regiæ  
 primæ. *Sino quis siere heredar*, & ibi: *Si el tal  
 heredero o legatario no quisiere aceptar*, non  
 ex eo appositā inquit, quod hēres ad ad-  
 eūdum compelli non possit, sed ob id,  
 quod si hēres adire noluerit, fideicōmis-  
 sario eum ad adeundum non coercente  
 legata & fideicommissa sint præstāda,  
 & ita cum non agitur de cōpulsione hā-  
 redis, dicta verba non loquuntur, de qua  
 si tractaretur, leges antiquæ obseruandæ  
 essent, quia non correctæ sunt, & ita in-  
 telligenda, atque accipienda est eadem  
 l. Regia i. vt Salon ipse profiteretur dicto  
 nu. 1001.

Ego vero non esse ad eum modū redu-  
 cendam, nec intelligendam l. metipsam  
 primam, nec verba eius torquenda, sed  
 prout iacent intelligenda, verius equi-  
 dem arbitror, & inde Gregorij Lopezij  
 & Antonij Pichardi sententiam proba-

verim libentius, pro eis namq; clarā exi-  
 stimo decisionē legis illius, cū (vt antea  
 dicebam) *si el heredero no quisiere aceptar  
 o renunciar e la herencia*, quid fieri debeat  
 statuatur expressim, & non quidem sta-  
 tuitur, quod hēres adire compelli possit  
 qui fideicommissio grauatus est, sed dici-  
 tur, *Que el substituto o substitutos lo puedan  
 ar ex todo*. Et sic absque circuitu coactio-  
 nis, maxima ratione lex eadē Regia pri-  
 ma ita statuit, & cogendi hāredem ius  
 excludit aperte, satiusque fideicommissa-  
 rij, aut substitutis Consultum putauit,  
 quam coactione ipsa consuli posset, &  
 ita hanc eandem opinionē contra Burg.  
 eundem Sal. de Paze tenuit Ioa. Matienç.  
 in d. l. i. glo. 18. nu. 4. lib. 5. Licet à me nūc  
 183 obseruata, non ita explicauerit, nec tra-  
 diderit. Et repetit n. 8. dicens, quod fidei-  
 commissario sit hodie ipso iure restituo-  
 tio absque hāredis, vel legatarij restitu-  
 tione, licet iure communi secus esset, &  
 addit, quod possessio fideicommissi po-  
 test a fideicommissario apprehēdi absq;  
 restitutione: eo quod ius nostrū Regiū  
 voluerit tot ambages tollere, meramq;  
 veritatem, & testatoris voluntatem om-  
 nino sectari. Verē tñ dictum vtrumque  
 184 Matienç. temperari debebit, primū ex  
 his, quæ superius diximus, & eadē l. Re-  
 gia prima, ex qua apparet, ipsum proce-  
 dere, *Quando el heredero no quisiere aceptar  
 o renunciar e*. Vnde eo volente, non fiet e-  
 tiam hodie restitutio ipso iure. Secundū  
 ex ipsa quoque met l. i. & superius etiam  
 notatis, ex quibus etiam cū iura & actio-  
 nes transferuntur ipso iure, & restitutio  
 habetur a lege pro facta, debere fideicō-  
 missarium de manu hēredis possessionē  
 accipere, dicebamus, & ex alijs auctori-  
 bus obseruauit Pet. Surd. d. decis. 333. n. 8.  
 vnde si hāres renūciauerit, aut accepta-  
 re noluerit, poterit fideicōmissarius pos-  
 sessionē apprehendere absque restitu-  
 tione, iuxta intentionē eius legis. Eo autē  
 volēte acceptare contrariū esse de iure  
 communi, atque etiam ex intentione le-  
 gis dictæ Regiæ deduci, planum equidē  
 & certum redditur ex eisdem, quæ su-  
 perius obseruata fuere. Et hactenus

de questione fideicommissarij, & de superioribus, quæ sunt quidē notāda, quia nulibi ita digesta, nec distincte scripta.

- 185 Nunc verò, & septimo loco, atq; principaliter obseruandum, & constituendū erit, exceptionem præscriptionis ita hæredi obijci posse, vt eū immiti in possessionem, & remedium, d. l. finalis impediat omnino, modo exceptio liquida sit, vel incontinēti liquidabilis. Et ita ex sententia communi resoluit Iacobus Menochius, dicto remedio 4. nu. 768. & quatuor seq. M. Anto. Peregrinus, de fideicommissis, arti. 48. ex num. 51. cum seq. Angelus Matthæatius, de legatis, & fideicommissis, lib. 4. capit. 1. ex num. 29. cum seq. D. Espino, in Speculo testamētorum, glossa 34. principali, numero 33. Personalis, de adipiscenda possessione, numero 409. & seq. Parladorius, rerum quotidianarum, libro 1. capite 5. numero 26. Sebastianus Næuius, select. iur. ad d. titulum. C. de ædict. D. Adri. Toll. Præscriptio namque tollit tam immissionis in possessionem articulum, quàm principalem petendæ hæreditatis, vt ex Baldo in eadem l. finali, numero 25. & 28. re-  
186 ctè obseruauit Næuius metipse, & conueniunt supra relati interpretes. Sed & probatur in d. l. finali. C. de ædict. D. Adri. Toll. in versic. *Nullum ei temporis obstaculum*. Ex qua colligitur, remedium possessorium d. l. finalis non excludi, nisi præscriptione temporis, per quam etiā causa principalis, idest proprietatis excluderetur, sicuti deducit Parladorius, dicto numer. 26. Menochius, dict. remedio 4. num. 778. & 2 seq. qui eodem modo, ac in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum accepit textum illum post alios authores, Peregrinus, dicto artic. 48. num. 54. dixit tamen num. 774. idem Menochius, obijci etiam posse præscriptionem triennem cum titulo, & bona fide, & num. 775. obijci etiam posse præscriptionem decem, vel viginti annorū, vt latius ibidē declarat. Et sequitur D. Espino, in Speculo, dict. glo. 34. n. 33. Re-  
188 medium tamen possessorium eiusdem l. finalis. C. de ædict. D. Adri. Toll. & legis

Regiæ Sorianæ, anno non excludi, nec præscriptionem requisitam in ipsa l. finali, comprehendi sub decisione l. 3. tit. 15. libro 5. nouæ collect. Regiæ, qua statutum est, tuendum esse in possessione eum, qui per annum & diem cum titulo, & bona fide possideat, nec teneri super eius possessione respondere, vt latius explicat Azebedius, ibidem: concludenti equidem ratione, & verissime obseruauit Parladorius, libro 2. dicto capit. 5. nu. 27. & 28. & 29. nec id habet dubitationem aliquam (vt existimo) & hactenus de beneficio, & remedio d. l. finalis, & de ipsius materia, circa quam (vt vidisti) labore equidē, & ingenti studio, adnotauimus, & tradidimus nonnulla ultra alios, & quæ ita explicata non erant. In cæteris verò (quæ cōsulto, atque ex proposito omisimus) ad alios nos remittimus, & per multos authores à nobis originaliter, & diligenter prælectos, & à cæteris prælegendos, atque pro vniuersa legis ipsius finalis materia præ oculis habendos monemus, & suo etiam ordine cōmemorandos, duximus hoc loco. Tractarunt itaque d. l. finalis materiā, & à me fuerunt originaliter (vt moris habeo) sequētes authores prælecti, atq; euoluti, Cinus, Rainerius, Feroiul. Albericus, Bart. Bald. Salice. Angel. Castren. Alex. Ioan. Faber, Fulgosius, Corneus, Iason, Iacob. à S. Georg. Deci. Curt. Iunior, Sapia, & Mantua, in eadem l. finali. Vbertinus Zuchard. qui materiā prosequutus est latissime in ipsamet l. finali, & maiori ex parte, vel vestigia eiusdem recentiores sequuntur, vel quæstionum altercationes metipsas proponunt, aliquando tamen Menochius, Personalis, & alij authores eum improbant, & à suis placitis dissentiunt, aliquando verò, & sæpissime sequuti sunt, nec potest ipse author radicitus ex relatione aliorū percipi, nisi originaliter prælegatur.

Decius etiam, in consilio 424. proponitur, & in consilio 498. viso casu.

Iason etiam, in consil. 146. libro 4.

Ioannes Sichard. qui & si breuiter, distinctè tamen & magistraliter materiā eandem

eandem explicauit, in dict. l. finali.

Jacobus Cuiacius, in paratitla ad titulum. C. de adict. D. Ad Tol. vbi eius materię, & cōclusionum legum illius tituli breuem summam adducit.

Petrus Paulus Parisius, in cōsil. 81. nu. 21. libro 2. & in cōsil. 39. numero 119. & seq. eod. lib. 2. & in cōsilio 28. ex num. 45. cum seq. eod. libro, & in cōsilio 54. ex numero primo, & in cōsilio 53. ex nu. 14. cum seq. & numero 103. & sequentibus, libro 3. & in cōsilio 11. ex numero 7. libro 4.

Rolandus à Valle, in cōsilio primo, per totum, volumine 1. & in cōsilio 78. per totum, volu. 3. & in cōsilio 48. volumine 4.

Tobias Nonius, in cōsilio 80. ex nu. 11. cum seq.

Corneus etiam, in cōsilio 172. num. 10. cum seq. libro 2.

Natta, in cōsilio 352. libro 2.

Jacobus Menochius, qui quæstionū omnium huiusce materię congerie, atque ipsarum resolutione ceteros alios antecellit, atque absolute, & diligenter admodum materiam explicat, remedio 4. adipiscendæ possessionis per totum, & tradit etiã quamplurima in materia de arbitrar. iud. libro primo, quæstio 32. & in cōsilio 116. ex numero 54. cum seq. & in cōsil. 180. ex num. 23. vsque ad nu. 33. libro 2. & in cōsilio 443. numero 21. & seq. libro 5.

Antonius Galeatius Maluassia, in cōsil. 2. per totum, & in cōsil. 32. & in cōsil. 54. numero 4. libro 1.

Achilles Personalis (qui ex numero eorum est, qui materiam dictę l. finalis, pleniori manu tractarūt) de adipiscendæ possessione ex remedio dictę l. finalis, ex numero primo, vsque ad numerum 449.

Beroius, in cōsilio 54. per totum, cū seq. vsque ad cōsilium 60. libro 2. & in cōsilio 62. numero 17. & seq. libro 3. & quæst. 44. & 91.

Mirand in tractatu de adipiscendæ possessione, ex numero primo, cum multis sequent.

Hieronymus Gratus, in cōsilio 140. per totum, lib. 1.

Tiberius Decianus, in cōsil. 17. ex nu. 1. cum seq. & num. 19. & num. 27. & seq. & numero 32. lib. 4. & in cōsilio 29. nu. 93. lib. 2. & in cōsil. 22. numero 50. libro 5. & in cōsil. 74. numero 1. & 4. & 7. & 8. & nume. 10. cum seq. eod. libro 5. & in cōsilio 41. numero 46. libro 3.

Curtius Iunior, in cōsilio 284. lib. 3.

Ferrara, in praxi, titulo de forma libelli, quo per. hered. ex testam. glossa, possideant, & glossa, non abolitum.

Afflictis, decisione 119.

Neuizanus, cōsilio 56. & cōsilio 81. numero 31. & seq.

Boerius, decisione 156. per totam.

Guid. Pap. decis. 132. & 209. & 362. & 483. Ripa, in responso finali, priusquã discutiatur.

Comensis, in cōsilio 43.

Ioannes Cephalus, in cōsilio 4. & in cōsilio 30. lib. 1. & in cōsilio 258. lib. 2. & in cōsilio 402. lib. 3.

Marcabrunus, in cōsil. 62. ex nu. 27. cum seq. vsque in finem cōsilij, latius in cōsil. 76. ex num. 2. & in cōsil. 95.

Hippolyt. singulari 349.

Fabius de Anna, in cōsilio 20.

Bellonus, in cōsilio 19. ex numer. 13. cum seq. & in cōsilio 35.

Petrus Pechius, de testamentis coniugum, lib. 2. c. 11. ex nu. 5. cum seq.

Forcatulus, in Necyomētia iuris, dialogo 22.

Ferretus, in cōsilio primo, ex num. 4. cum seq.

Alciatus, dispunctio. lib. 3. cap. 6.

Antonius Augustinus, emendationū, libr. 1. cap. 4.

Antonius Gabriel, communium conclus. lib. 4. tit. de fideicommi. conclus. 5.

Bertazolus, in cōsilio 52.

Hieronymus Gabriel, in cōsil. 45. ex numero 23. cum seq. lib. 2.

Iacob. Philip. Portius regul. siuē cōclusio. lib. 4. conclusione 30.

Octavianus Chacheranus, decis. Pedemontana 34. per totam, & decis. 47.

Ofascus, decisione 23. & 32.

# Quotidian. controuerſ. iuris.

Franciscus Bursatus, in consil. 129. ex numer. 45. lib. 2. & in consilio 234. ex numero 19. cum seq. libro 3. & in consilio 349. lib. 4.

Anguſol. in consil. 22. ex numero 33. cum seq. lib. 3.

Alphanus, collectanea 213. fol. 67.

Antonius Gometius, in l. 45. Taur. ex nu. 134. vsq; ad nu. 252. vbi breuiter agit de materia d. l. finalis, & communes Doctorum resolutiones recenser.

Andreas Tiraquelus, in tractatu Lemortſaiſit, maximè in declarationibus sextæ partis.

Grâmaticus, in consil. 2. & in consil. 54. & in consil. 135. in ciuilibus.

Franciscus de Marchis, q. 223. p. 3.

Franciscus Monald. in consil. 75.

Ioannes de Amicis, in consilio 48. & in consil. 63.

Vincentius de Frâchis, decis. 204. ex num. 14. cum seq.

Cæſar de Vrsyl. decisione 14.

Franciscus Personalis, Miscellâ. quæſtio. quæſtione 8.

Vincētius Carocius, de deposito, ex nu. 1. cum seq. fol. 270.

D. Ferdinand. Vazq. Mécha. de ſucceſſionum creatione, lib. 3. §. 21. limitatione 7. ex num. 112. cum seq.

Hippolytus Riminal. in consil. 69. lib. 1. & in consilio 80. num. 35. & seq. eodem lib. 1. & in consil. 585. per totum, lib. 5.

Contard. in repet. l. primæ. C. si de momentanea possessione, ex num. 96. cum multis seq.

Borgninus Cauaica. decis. 45. in additionibus. 1. parte, & decisione 20. per totam, & decisione 21. ex nume. 78. part. 3. & decisione 5. nume. 29. & decis. 6. & 7. per totam, parte 4.

Villalobos, communium lit. P. ex nu. 122. cum seq.

Franciscus Viuius, decisio. 409. lib. 3. Francisc. Milanens. Rota Sciciliz, decisione 12.

Marcus Mantua, in glossar. iur. classi 4. cap. 9.

Rota Bononiensis, decisione 83.

Verald. decis. 178. & decis. 317. part. 3.

Vvesembeci, in consil. 81. lib. 2. & in consilio 100. ex num. 20. eodem libro.

Plotus, in l. si quando, ex numero 84. C. vnde vi.

Sebastianus Medicis, in tracta. de acquir. & conseru. rer. dominio, glo. 1. nu. 162. & num. 187. & seq.

Iacobus Mandellus de Alba, in consil. 771 num. 46.

Franciscus Beccius, in consil. 3. ex nu. 1. vsque ad nume. 13. & in consil. 107. nu. 1. & 15.

Burgos de Paz, in consil. 39. per totum, & in l. 3. Tauri, num. 958.

Iosephus Ludouicus, decis. Perusina 47. prima parte, & decis. 69. parte 2.

Ludouicus Molina, de Hispanor. primoge. lib. 3. c. 1. nu. 1. cum seq. & nu. 44. & seq. & num. 54.

Pelaez à Mieres, de maioratu. 3. part. quæſtione 16. & 17.

Ioannes Gutierrez, in §. sui. institur. de hzred. qualitate, & differ. ex nu. 72. vsque ad num. 77. & practi. lib. 1. quæſt. 79. & 80.

Ioannes Garſia, de expēſis, & meliorat. cap. 6. num. 19.

Ioannes Botta, in consil. 45. num. 1. & 2. & num. 20. cum seq.

Sylueſter Aldobrandinus, in consil. 32. num. 44. & 45.

Fuluius Pacianus, in consil. 143.

Franciscus Viuius, decis. 409. lib. 3. & decisione 515. lib. 4.

Aluarus Valascus consultatione 78. & 191. & in praxi partitio. & collatio. capite 3.

Gerardus, singulari. 23.

Andreas Rautibar. quæſt. 15. & 16. & 17. prima parte.

Ioannes Parladorius, rerum quotidianar. lib. 2. cap. 5. per totum, vbi vtiliter, & breuiter de iure communi, & de iure Regio ſummat, & resoluit materiam, & cap. 6. eiusdem lib. 2. & cap. finali, §. 9. primæ partis.

Alphōſus Azebedius, in l. 3. tit. 13. lib. 4. nouæ collect. Regiz.

Marc. Anto. Peregri. optime, & practicè, de fideicommiſ. art. 48. per totum.

Fichard.



Fichard. lib. 6. Syntagm. titulo 22.

Simon de Prætis, de interpretatione vltimarum volūtatum, libro 5. interpretatione 2. dubitatione 3. ex num. 19. vsq; ad numeram 58. folio mihi 516. cum sequentibus.

Hugo Donellus, ad titul. C. de ædict. Diui Adria. Tollen. ex folio 467. vsque ad folium 474.

Andreas Fachineus, in consilio 81. libro 2. & in consilio 91. & 93. libro 3. & in consilio 96. & 97. eodē lib. 3. & controu. iur. lib. 4. cap. 22.

Cæsar Barzius, decisione Bononiæ 46. num. 41. & seq.

Petrus Surdus, in consilio 16. num. 3. & in consilio 73. ex numero 28. lib. 1. & in consilio 263. per totum, & in consilio 267. ex numero 34. libro 2. & decisione 333. per totam, parte 2.

D. Espino, in Speculo testamentorū, glossa 34. principali, de apertura testamenti per totam.

Cornasan. decisione 195. ex numero 1. cum seq.

Sfortia Oddi, in consilio 22. per totū.

Ioann. Dauth. in commentarijs de testamentis, rubrica, de materia testamentorum circa quam, limitatione 24. ex numero 68.

Ioannes Franciscus de Ponte, in consilio 21. per totum, & in consilio 22.

Angelus Matthæacius, de legatis, & fideicommissis, libro 4. cap. 1. per totū.

Ioannes Vincentius Hondedei, in consilio 64. ex numero 3. cum seq. & numero 56. & seq. libro 1.

Antonius Faber, in libros 9. C. ad tit. C. de ædict. Diui Adria. Toll. definitione prima, & septem seq. ex folio 679.

Iacob. Valdesius, in addit. ad Rodericum Suarez, ad l. quoniam in prioribus, §. 7. notabili 4. folio 106. & §. 7. nume. 10. & 19. folio 96.

Ludouicus Casanate, in consilio 29. numero 17. & 18.

Hieronymus de Zuallos, qui ad præfatam l. Regni, dictam Vulgo de Soria, dixit vnum verbum, practicar. communi. contra cōmunes, quæstione 10. nu. 6.

Alexander Trentacinius, variar. resol. tomo 1. libro 2. de probationibus, resolutione 11. folio mihi 195.

Stephanus Gratianus nouissime, disceptationum Forensium, capite 47. per totum.

Sebastianus Næuius, selectar. iuris, ad dict. tit. C. de ædict. D. Ad. Toll. folio mihi 274.

Cardinalis Dominicus Thuscus, practicarum conclusio. iuris, tom. 3. liter. F. conclusione 267. & 268. folio 822. & eodem tomo 3. lit. E. conclusione 409. folio 345. & tomo 4. lit. H. conclusione 35. folio 224. & tomo 5. litera L. conclusione 287. fol. 309. & conclusione 288. fol. 312. & 313.

## Ex capite vigesimoquinto.

### S V M M A R I V M.

- 1 **L**egis unica. C. quando Imperator inter pup. & viduas, tractatus, & disputatio, quare per authorē suscipiatur hoc loco, & l. ipsius verba recenseantur.
- 2 **L.** unica. C. quando Imperator inter pup. & viduas, materiam, explicasse, atque exornasse per multos iuris interpretes, qui commemorantur, & aggregantur hoc numero.
- 3 **P**upilli, vidua, pauperes, & miserabiles alia persona non possunt trahi, neque vocari etiam per rescriptum Principis extra prouinciam, aut proprium domicilium, etiam ad curiam Principis, sed in proprio domicilio sunt conueniende.
- 4 **I**psi tamen bene possunt trahere, atque euocare quoad primam causam